plebis dominus puniret: ⁊ pacem quam ex lege
dei abiecta ⁊ ex ſacris nationum aſſumptis q̄re
bat illis in pnitiem vertere: quia dei diſpoſitio/
nem ignorans ſue facultati deuaſtationem illi⁹
plebis attribuit: imprecaṫ in eū ꝑ prophetam. d.
Effunde iram tuaꝫ in gentes que te nō nouerūt
⁊ in regna que nō inuocauerunt nomen tuū: ne
forte dicant in gentibus vbi eſt deus eoꝝ. Si
militer cum per romanos peccatum mortis xp̄i
deus punire decreuiſſet: vrbis excidiuꝫ ⁊ iudai
ce plebis miſerā captiuitatem ſuis viribus aſcri
bere ceperant: vnde contra eos propheta preca
tur dicēs leua manus tuas in ſuperbias eorum
qui te oderunt ⁊ qui multa maligne operati mo
numenta ſue victorie poſuerunt in medio atrio
tuo. Per ſcientes peccata puniuntur: ſicut ꝑ fili/
os iſrahel voluit punire peccata amorreorum ⁊
cananeorum ⁊ aliarum gentium quarum terrā
iſrahelitis poſſidendam dedit: quibus etiā pre/
cepit vt nemini eorum parcerent: ſ; omnes mor
ti traderent: quod propter peccata eoꝝ illis con
tigiſſe ex verbis domini apparet: qui dum di/
ceret ad Abraham. Semini tuo dabo terrā hāc
veluti quereret: quare nō modo das eam mihi.
audiuit. Nōdum enim ſunt cōſumata: cum po/
pulus ille de egyptiaca ſeruitute liberatus terrā
eorum ſicut promiſſuꝫ fuerat abrahe in heredi
tatem accepit. Cum ḡ ſic diuino iuſſu ad puniē
dum peccata populi excitantur: ſic populus il/
le iudaicus eſt excitatus ad occupandū terram
promiſſionis: ⁊ ad delendas gentes peccatrices
ſine culpa noxius ſanguis effundiṫ: ⁊ qō ab eis
male poſſidebaṫ in ius ⁊ dominium rite tranſe
unt bonoꝝ. Cum ḡ occulto inſtinctu aliqui mo/
uentur ad perſequendū malos: ſicut ſenacharib
⁊ ceteri qui populum delinquentem ꝓſecuti ſūt
licet occulto inſtinctu operante illoꝝ meritis in
citentur ad perſequendum: tamē quia praua in/
tentione nō peccata delinquentiū punire: ſ; illo
rum bona rapere vel ſue ditioni ſubijcere que/
runt: nō ſunt immunes a crimine. De quib⁹ etiaꝫ
notandū eſt ꝙ aliquando excitanṫ ad puniendū
peccata bonoꝝ: vt tandē ꝑ bonos correctos ipi
quoqꝫ punianṫ: ſicut in li. iudicum legitur de ia/
bin rege cananeoꝝ: ⁊ de madianitis propṫ ido
latriā populi ſuſcitauit eos deus vt hieruſalem
affligerent: ⁊ terrā illam occuparēt. Cū aūt popu
lus dei ſub manibus eoꝝ diutius afflictus pec/
catum ſuum recognoſceret: ⁊ ꝑ penitentiā deum
ſibi placare: ex dei p̄cepto ⁊ barach comitat⁹ del
borani promiſſā vxorem labidoch iab in regē
cananeoꝝ ⁊ ſiſarā ducem exercitus ſui contriuit
⁊ gedeon ⁊ zebee ⁊ ſalmana reges madianitaꝝ
⁊ oreb ⁊ zea duces eorum morti tradidit. Appa
ret ergo ꝙ aliquando ꝑ legitimā poteſtateꝫ gen
tes aliquando ꝑ populos diuino iuſſu excitatos
mali pro peccatis ſuis non ſolum flagellanṫ: ſed
etiam rite perduntur. Nec eſt contrarium illud
auguſti. quo ad marcellinū pro circūcellionib⁹

ſupplicans rogabat: vt verberibus eos coerce/
ret nō morte perderet: q̄uis enim ſupplicando
ſpacium vite eis reſeruari poſcit: nō tamen legū
ſeueritatem: quam tales morte plectuntur non
obſeruandam docuit.

Titulus. xxxi. de ſtatu comprehenſoꝝ in cōmu
ni. c. i. de deo ſumpto tripliciter. ꝑ eſſentiam. 2º.
ꝑ adoptionem. 3º. per falſam eſtimationem.

DEus ſtetit in ſy
nagoga deorum: in medio aūt
deos diiudicat. ps. 81. Sapi
entiſſimus ſalomon loquēs de
ſummo deo qui cuncta guber
nat inquit prouer. 30. Si nomē eius aut filij ei⁹
noſti. q. d. non: cui concor diony. in li. de diuinis
no. dicens. nec eſt nomen eius nec opinio: quo/
modo ergo dicendū ipſum ſummū dominū ſic
nominat. d. deus ſtetit. Sed ad hoc reſpondeṫ
ꝙ ea ratione diciṫ deum nomen nō habere: q̄
eius eſſentia eſt ſupra id qō de deo intelligimus
⁊ vocem ſignificamus: tamen ipſum prout vale
mus nominamus: ⁊ nomen eius ſepe inuocam⁹
dicendo. Deus in adiutorium meū intende. Ubi
ſciendū ꝙ deus diciṫ tripliciter: vno modo pro/
prie ⁊ ſingulariter: ⁊ ſic deus ſtetit. Secundo
modo large ⁊ ꝑticipaliter: ⁊ ſic in medio deoꝝ.
Tertio modo opinione ⁊ fallaciter: ⁊ ſic ī me
dio deos diiudicat.

## Quantuꝫ ad primum.

ſumendo proprie ⁊ ſtricte iſtud nomē deus q̄ꝫ/
tum ad id ad qō eſt impoſitum nomen ad ſigni
ficandum ſic eſt vnus ſingulariter. Audi iſrl̄ de⁹
tuus vnus eſt. exod. 20. vnde ⁊ ſingulariter dicit
deus ſtetit. Dicit autem Ambroſius ꝙ deus no
men eſt nature. Pro cui⁹ declaratiōe dicit Tho.
in ꝑma parte. q. 13. ar. 8. ꝙ deus verus nō eſt no/
bis notus in ſui natura: ſed nobis innoteſcit ex
operibus ⁊ effectibus eius: ⁊ ex his poſſum⁹ eū
noīare. Unde hoc nomē deus nō eſt nomē opa/
tionis quantū ad id a quo imponiṫ ad ſignificā
dum. Imponiṫ. n. hoc nomen ab vniuerſali reꝝ
ꝓuidētia: omnes enī de deo loquētes hoc intel
ligunt noīare deum: qō habet ꝓuidentiam vni/
uerſalē de rebus. Unde ⁊ dionyſius dicit ꝙ dei
tas eſt que vidit omnia ꝓuidentia ⁊ bonitate ꝑ
fecta. Ex hac autem opatione hoc nomen deus
aſſumptū impoſitū ad ſignificandū naturā diui
nam: ⁊ ſi nō a natura: ſ; ab opatione: vt dictū eſt
ſit impoſitū. Unū ⁊ damianus dicit in primo li. ꝙ
deus dicitur ab itin qō eſt curare ⁊ fouere. ſ. vni
uerſa: vel ab theyn grece qō eſt ardere. Eſt eniꝫ
deus cōſumens ignis oēm maliciā: vel a theaſte
qō eſt conſiderare oīa que cūcta ꝑtinent ad op⁹
diuine ꝓuidentie. Et hic ſolus deus ſtetit vt no
tetur perfectio non tranſitio temporis: nulla enī

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

creatura ſtat īmutabiliter: ſed continuo mouet̄
de vno ad aliud: ⁊ ſi nō tempore: ſaltim affectu
⁊ cogitatu mouetur. Boetius de philoſophica
conſolatione ait: ſtabiliſq₃ manens dans cuncta
moueri. O q ꝑpetua mundū rōne gubernas. ſ.
deus. Vñ iob dicit̄: ecce q ſeruiūt ei nō ſūt ſta-
biles: ⁊ in angelis ſuis inuenit prauitatem: q₂ tñ
cōfirmati fuerūt in grā ſicut ⁊ ſci cadē nō poſſūt
in peccatū. Pōt dici cōdicio ſtatus eoꝝ ſm illud
Abachuch. 3. ſol ⁊ luna ſteterūt ī habitaculo ſuo
Sol. xꝰ. luna eccl'ia triūphans: cuꝰ tabernaculū
eſt glīa beatitudinis: ad qd inhabitandū eſt fa-
cta: ⁊ hec militat. Eſt aūt beatitudo ſtatus oīū
bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. Status aūt varij
ſunt q ſūt in eccleſia militanti: de qbus dictū eſt
quotidie mutant̄ de vno in aliud: ſ₃ ego ſto ad
oſtium ⁊ pulſo. Apocl. 3. inuitans ad nuptias vl'
cenā: vbi oīa bona parata ſūt: ⁊ iō aperiendū eſt
⁊ cū eo ſtandū. ¶ Secūdo mō large. ſ. ſumendo
iſtud nomen deus ſic nō de vno ſolo dicit̄ qui
h₃ diuinā naturā: ſed ō multis. ſ. de his q aliqd
ꝑticipant de diuina ꝑfectione vltra eſſe. Pro cuꝰ
declaratione dicit Tho. in ꝑma pte. q. 13. ar. 9. ꝙ
aliqd nomen pōt eſſe coīcabile dupliciter. ſ. ꝓprie
⁊ ꝑ ſimilitudinē. Proprie eſt coīcabile qd ſm to-
tam ſignificationē noīs pōt multis coīcari: ſicut
nomen leonis coīcat̄: ⁊ dr̄ ꝓprie de omnibꝰ qui
hn̄t coīcari qd eſt coīcabile ſm aliqd eoꝝ q in-
cludunt̄ in ſignificatione noīs: ⁊ ſic hoc nomen
leo coīcat̄ ⁊ his q nō hn̄t naturā leoninā: ⁊ hoc
modo xp̄s hō dr̄ leo de tribu iuda: ſic iſtud no
men deus ꝓprie dicit̄ de habēte totā naturā di
uinā: ⁊ hic eſt vnus. ¶ Per ſimilitudinē vero dici
tur de his q ꝑticipant de conditionibꝰ eius: non
oībus ſed ꝑfectioribus q̄ excedūt naturā coēm
⁊ ſm hoc dicuntur dij primo angeli boni ⁊ oēs
ſancti qui ꝑticipant gloriā eius. ſm illud. Deus
deoꝝ dominus locutꝰ eſt: deus deorū. i. domi-
nus angeloꝝ ⁊ ſanctorum. Dicunt̄ etiā dij omēs
qui ꝑticipant gratiā eius gratum facientem. ſm
illud. Ego dixi dij eſtis. ſ. vos omnes qui habe-
tis gratiam eius: quia vt dicit̄ Coꝛ. 6. Qui adhe
ret deo vnus ſpiritus eſt cū eo. ¶ Tertio dicū-
tur dij qui ꝑticipant poteſtatē eius: ⁊ ꝑcipue in
ſpiritualibus. Unde in veteri lege dicit̄ diis nō
detrahes. i. ſacerdotibus. exponit Gregl. ij. q. i.
ſacerdotibus ſm qualibet acceptionē hiꝰ ſtetit ⁊
ſtat deus verus in ſynagoga deoꝝ. ſ. angeloꝝ et
ſanctoꝝ ⁊ bonoꝝ cōgregatione: nō. n. ſolitarius
ſtat: ſed cū ſcīs ⁊ angelis cū qbus gaudeat ⁊ qui
bus bona ſua cōicet: ad qd contēplandū ⁊ pera-
mandū Anſelmus ſeipſū excitat in li. prologion
dicens: excita nūc aīa mea ⁊ erige totū intellec-
tum tuū ⁊ cogita quantū potes q̄le ⁊ quantū ſit
illud bonū. Si. n. ſingula bona delectabilia ſūt
cogita intende q̄₃ delectabile ſit illud bonū qd
cōtinet iocūditatē oīū bonoꝝ: ⁊ nō quale ī re-
bus creatis ſumꝰ expti. ſed tanto differēte quan
to differt creator a creatura: q hoc bono fruetur
qd illi erit? certe quicqd volet erit: ⁊ quicqd no
let nō erit. Quid ḡ ꝑmulta vagaris homūtio? q̄
rendo bona anime tue ⁊ corporis tui: ama vnū
bonum ī quo ſūt omnia bona ⁊ ſufficit. Quid. n.
amas caro mea: quid deſideras: ibi eſt quicqd
amas: quicquid deſideras: ſi delectat pulchritu
do: fulgebūt iuſti ſicut ſol. ſi velocitas aut forti-
tudo aut libertas corpis cui nihil obſiſtere poſ
ſit: erūt ſimiles angelis dei. Si longa ⁊ ſalubris
vita: ibi eſt ſana eternitas ⁊ etna ſanitas. Si ſa-
nitas: ſatiabunt̄ cum apparuerit gloria dñi. Si
ebrietas inebriabunt̄ ab vbertate domus dei.
Si melodia: ibi angeloꝝ chori concinūt. Si ſa-
pientia ipſa dei ſapientia oñdit eis ſeipſam ſapiē
tiam. Si amicitia: diligent deū plus q̄₃ ſeipſos: ⁊
inuicē tanq̄₃ ſeipſos: q₂ illi illum: ⁊ ſe inuicē per
illum: ⁊ ille ſe: ⁊ illos ꝑ ſeipſum. Si poteſtas om
nipotentes erunt ſue volūtatis vt ⁊ deꝰ ſue. Nā
ſicut poterit deus qd volet ꝑ ſeipſum: poterunt
ita illi qd volent ꝑ illū. Si honor ⁊ diuitie deꝰ
ſeruos ſuos bonos ⁊ fideles ſupra multa conſti
tuit: heredes quidē dei: coheredes autē chriſti.
Si vera ſecuritas certi erūt: nunq̄₃ ⁊ nullatenus
iſta vel potius iſtud bonū ſibi defuturū. ¶ Ter
tio modo dicitur deus falſa opinione. gal. tertio
his qui nō ſunt dij ſeruiebatis ait apoſtolus lo-
quens gentibus conuerſis ad fidem: ⁊ alibi. Et
ſi ſint dij multi. ſ. falſa opinione: ⁊ domini multi
nobis non eſt niſi vnus deus. ſ. verus. Ubi ſciē-
dum ꝙ tria genera falſorum deorum adorabāt
gentiles: aliqui demones ī ſtatuis vel arrepticijs
loquentes: iuxta illud ꝑs. Dij gentium demonia
⁊ de talibus fuit deus ſocratis: qui ei loquebat̄.
aliqui adorabant aliquos homines ꝓpter ali-
quam induſtriā vel potentiam pre ceteris vel
nimium amorem ad eos: vt herculem propt̄ for
titudinem: iouem ꝓpter potentiā dominij q ex-
pulit patrem ſaturnū de regno: mercuriū ꝓpter
ſapientiam vel eloquentiam: eſculapiū qui inue
nit medicinā ⁊ huiuſmodi. Sed hos ⁊ alios vt
ſaturnum ⁊ martem venerem caſtorem ⁊ pollu
cem liberū romulū cum reliquis declarat lactā
tius fuiſſe mortales: quinīmo ⁊ libidinoſos ad-
ulteros inceſtuoſos ſodomitas: ⁊ ꝑcipue iouem
quē dicebant ſummū deorum. falſiſſima ergo
erat opinio ꝙ eſſent dij Ro. ꝑmo. cōmutauerūt
gloriā incorruptibilis dei in gloriā corruptibi-
lis hoīs. Aliqui adorabāt vt deū creaturas irra
tionales ꝓpter pulchritudinem vel aliquā vir-
tutem: de quibus dicit̄ ſapientie. ¶ Aliq elemē-
ta vt chaldei ignem: aliqui animalia: vt egiptij
bouem et huiuſmodi. De dijs gentium ſic ait.
Idē lactantius li. ꝑmo. Illos quos imperiti ⁊ in
ſipientes tanq̄₃ deos ⁊ nuncupant ⁊ adorant: ne-
mo eſt tam inconſideratus qui nō ītelligat fuiſ-
ſe mortales: quomodo ergo inquiet aliquis cre
diti ſunt: nimirum quia reges maximi ⁊ poten-
tiſſimi fuerunt ob merita virtutū ſuarū aut mu-
nerū aut artiū repertaꝝ: cū cari fuiſſent hiſ qbus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

impetrauerant:in memoriam ſunt conſecrati.
Nã ſi quis dubitet res eoꝝ geſtas ⁊ facta ꝯſide/
ret q̃ vniuerſa tã poete q̃ȝ hiſtorici veteres ꝓdi/
derũt. Et declarat diffuſe quomõ tales habiti ꝓ
deis fuerunt ſcelerati hoĩes referẽs ſcelera eoꝝ:
vt herculis eſculapij apollinis caſtoris ⁊ pollu/
cis mercurij liberi iouis:quẽ maxime vitupat ꝑ
alijs:qꝛ patrẽ ſaturnũ regno expulit:⁊ ſtupra ad
ulteria ⁊ ſodomiaȝ ꝑpetrauit:⁊ iſte ſceleſtiſſim⁹
ſũmus deoꝝ dicebat̃ ab illis idolatris. Sed qd
dicit ꝑs. In medio aũt deos diiudicat.i. diſcer/
nit falſos a veris:⁊ malos a bonis:⁊ hoc in me/
dio dilectionis que eſt mediũ vniens creaturaȝ
cũ creatore. diiudicat ḡ ⁊ ſepat demones falſos
deos a beatis angelis veris:ſed ꝑticipatiõe pra
uos hoĩes iouẽȝ ⁊ alios a bonis ꝑ gratiã ⁊ alias
creaturas:⁊ hoc in medio:qꝛ.ſ.angelos ⁊ bonos
hoĩes qui habuerũt charitatẽ collocat ĩ gloria.
falſos deos demones ⁊ hoĩes malos condem/
nat ad ignem:ergo ex quo ꝑ mediũ hoc.ſ.dilec/
tionis ꝑuenitur ad ꝑticipationeȝ glorie: vbi ſũt
oĩa vera bona: quanta ibi felicitas ait Auguſti/
nus in vltimo.c.de ciui.dei.vbi nullũ bonũ late
bit:nullũ malũ aderit:deus omnia:in omnibus
vacabit̃ laudibus dei. ſm illud. Beati q habi/
tant in domo tua dñe: in ſecula ſeculorũ lauda/
bunt te. De ſtatu igit̃ comprehenſorũ tractando
¶ Primo videndũ eſt de ipſo deo vno ⁊ trino
qui eſt obiectũ ⁊ cauſa beatitudinis. ¶ Secũdo
de bonis que habent̃ in tali ſtatu glorie:qꝛ non
temporalia ſed ꝑmanentia.⁊ de dotibus anime
¶ Tertio de dotibus corporum ⁊ aureolis. ¶
Quarto de chriſto ꝑ quẽ habent̃ iſta bona vt a ca
pite eccleſie etiã triumphantis. ¶ Quinto de va
rijs ſtatibus eccleſie triũphantis: ⁊ ꝑmo de vir/
gine maria.2º.de angelis.3º.de ꝑriarchis ⁊ ꝓphe
tis ⁊ iohanne.4.de aplis.5.de martyribus.6.de
doctoribus ⁊ confeſſoribus.7.de virginibus.
.8.de omnibus comprehenſoribus.

¶ De ipſo deo vno ⁊ trino.c.ij.

## Viderũt ingreſſus

tuos deus:ingreſſus dei mei:regis mei
qui eſt in ſancto.ꝑs.lxvij. In his verbis innuit
ꝓpheta tria maxime ꝯſideranda. ¶ Primũ pre
miũ ꝑfectum humane felicitatis:ibi viderũt.
Secundum effectũ ſũme deitatis: ibi ingreſſus
tuos deus. ¶ Tertiũ ſecretuȝ trine ꝑſonalitatis:
ibi dei mei regis mei.

## Quantuȝ ad primum

viderũt.ſ.homines q̃ ſequuntur: ⁊ viſio eſt tota
merces: viſio ꝑ fidẽ formatã ẽ merces meriti.i.
meritũ cui debet̃ merces: ⁊ viſio ꝑ ſpẽm ẽ mer
ces premij. Videm⁹ nũc ꝑ ſpeculũ.ſ.fidei. ⁊ qꝛ ĩ/
ꝑfecta eſt iſta viſio: ⁊ ĩꝑfecta felicitas ĩ via: tunc
aũt facie ad faciẽ.i.clare ⁊ ꝑ eſſentiã: ⁊ iõ ꝑfect⸗
felicitas Io.17. Hec ẽ vita eĩna vt cogſcãt te ſo
lũ deũ ⁊ quẽ miſiſti ieſũ xpm. Oẽs q ꝯuerſati ſũt
recte ſub diuerſis ſtatib⁹ ⁊ officijs ĩ militãti eccle
ſia viderũt ꝑ fidẽ: ⁊ poſtea viderũt ⁊ videbũt ĩ
eccĺia triũphanti ſub diuerſis ſtatib⁹ ſeu gradi/
bus glie ⁊ vnitatẽ deitatis:q̃ notat̃ dũ ĩ ſingula/
ri dr̃ o deus:⁊ varietatẽ opoſitam: eo qꝛ ingreſ/
ſus tuos. Ingreſſus ẽ.n.deus in mũdũ maiorẽ ꝑ
creationẽ ⁊ gubernationẽ. Ingreſſus eſt ĩ mun/
dũ minorẽ.i.ĩ virginẽ ꝑ incarnationẽ. Ingreſſus
ẽ in mundũ peccatorẽ.ſ.ꝑ ſanctificationẽ q̃ eſt ꝑ
gratiã ⁊ gloriã. Iſte.n.ingreſſus ĩ deo nõ impor
tat motũ localẽ ⁊ ꝓgreſſiuũ: ſed opationẽ nouã
ita ꝙ nouitas eſt in creatura creata de nouo vel
humanitate a verbo aſſũpta vel aĩa peccatoris
ſcĩficata:qḋ pri⁹ nõ erat ĩ creatore. Viderũt ⁊ mi
niſteriũ trinitatis ſeu trinitatẽ ꝑſonarũ: q̃ notat̃
ibi ingreſſus dei mei.ſ. patris: cui cõgruit crea/
tio ratione potẽtie. Ingreſſus regis mei.ſ. filij q
ẽ rex regũ:cui cõgruit incarnatio rõne ſapientie.
Ingreſſus ei⁹ dei qui ẽ ĩ ſancto.ſ.ſpũ: cui appro
priatur ſanctificatio ratõne clementie ⁊ benigni
tatis beniuolentie. Et qꝛ ipſe deus trinitas ẽ ob
iectum felicitatis ſeu nr̃a beatitudo obiectiua:ob
miſſis alijs aliqua breuiter dicẽda ad oñdendũ
magnitudinẽ ipſius dei trini ĩ perſona: vt viden/
tes ĩmenſitatẽ bonitatis eius ſũma dilectiõe re
uerentia ⁊ deuotione ſeruiam⁹ ei. Et qꝛ teſtimo
niũ ĩimicorũ validiſſimũ ẽ:pri⁹ aliqua q ethnici
dixerũt deũ deſcribendo referem⁹. Empedo/
cles dixit:deus ẽ ſpera intelligibilis: cui⁹ centruȝ
vbiq; circũferentia nuſq̃. Plato vero ait:deum
dico auctoreȝ oĩum naturaꝝ:lumen oĩum ratio/
nũ:finẽ oĩum actionũ ſine quo nulla natura ſub
ſiſtit:nulla ratio intelligit:nulla actio expedit. Di
dimus ad alexandrũ magnũ:verbũ deus ẽ:hoc
mundũ creauit:hoc regit atq; alit: oĩa hec diligi
mus:ex hoc ſpũm trahimus:ſiquidẽ ſpũs deus ⁊
mens ẽ:⁊ iõ nõ terrenis diuitijs:ſȝ religionis opi
bus ⁊ gratiaꝝ actione placat̃. Secundus philo
ſophus ait:deus ẽ ĩmortalis mẽs:inconceptibil̃
celſitudo:forma multiformis:incogitabilis inq
ſitio.inſopitus oculus.oĩa cõtinẽs lux luminum
hic vtiq; corpore nõ eget:vt ſic nec loco:alicubi
nec tẽpore:vt aliqñ:nec cã vt alia:nec forma:vt
aliqd:nec aliquo genere ſubiecti in quo cõſiſtat
vel cui aſſiſtat. Deniq; mutari oĩo nõ poteſt:nec
poteſt augeri:quia ĩmenſus ẽ:nec minui:qꝛ vnus
ẽ:nec loco mutari:quia vbiq; ẽ:nec tempore:qꝛ
eternus ẽ:nec cogitatione:quia ſapientiſſimus ẽ
nec affectu:quia optimus ẽ. Lactantius in ꝑmo
li.inſtit.ait vnũ deũ eſſe veritatis ipſius tanta eſt
vis vt nemo põt eẽ tam cecus quin videat inge
rentem ſe oculis diuinã claritatẽ. Orpheus qui
ẽ vetuſtiſſimus poetarũ deum verũ ⁊ magnum
primo genitũ appellat:eo ꝙ ante ipm nihil ſit ge
nitũ:ſȝ ab ipo ſũt cũcta generata. Eũdẽ ẽt phane
vocat:ꝙ cũ adhuc nihil eẽt:ꝑm⁹ ex ĩfinito appa
ruerit ⁊ extiterit e⁹ origieȝ atq; nãȝ: qꝛ ꝯcipe oĩo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non poterat: ex aere immenſo natum dixit eſſe
Homerus nihil dare nobis potuit qḋ pertineat
ad v̄itatē. Noſtroꝝ p̄mus maro nō longe fuit a
v̄itate: c⁹ de ſūmo deo, quē mentē ac ſpm̄ noīauit
hec verba ſūt. Principio celū ac terrā campoſq̄
liquētes. Lucētēq̄ globū lune titaneaq̄. Aſtra
ſpiritus intus alit: totamq̄ infuſa partus. Mens
agitat molem: ꝛ magno ſe corpe miſcet. At ne qs
forte ignoraret: qs nā eſſet ille ſpiritus q tantū ha/
beret ptātis declarauit alio loco dicēs. Deū nāq̄
ire p oēs terras tractuſq̄ mariſq̄ celūq̄ pfundū
Hinc pecudes armenta viros genus omne fera
rum. Ouidius quoq̄ in principio preclari opis.
Sine vlla noīs diſſimulatione a deo quē fabri/
catorē mūdi: quē rerū opificē vocat mundū fa/
teť inſtructū: ſed hacten⁹ de poetis ad phos veni
amus: quoꝝ grauior eſt auctoritas certiuſq̄ iu/
diciū. Thales milleſius qui vnus ex ſeptē ſapiē
tū numero fuit: quiq̄ prim⁹ omniū queſiſſet de
cauſis naturalib⁹: tradiť aquā eſſe dixit ex qua
nata ſūt oīa. Deū aūt eſſe mentē qui ex aqua cūc
ta formauerit. Pytagoras ita diffiniuit. Quid eſ
ſet deus animus p vniuerſas mūdi ptes: oēmq̄
naturā cōmeans atq̄ diffuſus: ex quo oīa q̄ na/
ſcunť aīalia initia capiūt. Anaxagoras deū eſſe
dixit infinitā mentē que p ſeipſam moueat. An/
tiſtenes multos qdem eſſe populares deos: vnū
tamē eſſe naturalē. i. totius ſūme artificē. Chry/
ſippus naturalē vim diuinā ratione p̄ditam in/
terdum diuinā neceſſitatē nūcupauit deū. zeno
naturalē diuināq̄ legē hoꝝ omniū ſententia q̄ſ/
tis ſit incerta: eodem tamen ſpectat vt ꝓuiden/
tiā vnā eſſe conſentiat: ſiue. n. natura ſiue ether
ſiue ratio ſiue mēs ſiue fatalis neceſſitas ſiue di
uina lex: ſiue qd aliud dixeris idē ē qḋ a nobis
diciť deus. Ariſtotel. q̄uis ſecū ipe deſideat ac
repugnantia ſibi ꝛ dicat ꝛ ſentiat in ſūmū: tamen
vnā mentē mūdo p̄eſſe teſtať. Plato q omniū ſa
pientiſſimus iudicať: monarchiā plane pfecteq̄
defendit nec ethera aut rationē aut naturā. Sꝫ
vt eſt deū noīat ab eo mundū: hunc pfectū atq̄
mirabilē fabricatū: quē cicero imitatus atq̄ ſe/
cutus ī plurimis deū frequēter cōfiteť ac ſupre/
mū vocat: quē in his libris q̊s de legib⁹ ſcripſit
ab eoq̄ regi mundū argumentať: cū diſputat ꝺ
natura deoꝝ. hoc modo nihil p̄ſtanti⁹ eſt deo: ab
eo igiť regi mundū neceſſe eſt. nulli igiť nature
eſt obediēs aut ſubiectus deus: g̊ oēm regit ipſe
naturā. Quid aūt ſit deus: boetius ī li. de ꝯſola/
tione diffinit. nec vero deus q intelligiť a nobis
alio modo intelligi pōt: niſi mens ſoluta q̄daꝫ ꝛ
libera ſegregata ab oī ꝯcretione mortali oīa ſen
tiens ꝛ mouens ante euū. Amicl. q̄ꝫ Seneca qui
ex romanis acerrimus ſtoicus fuit ſepe mere ſū
mū deū merita laude ꝓſequiť. Nā ī exhortatio
nibus ait: hic cū p̊ma fūdamēta molis pulcher/
rime iaceret ꝛ hoc ordine q̊ neq̄ magis quicq̄
nouit natura nec meli⁹ vt oīa ſub ducibus ſuis

irent: q̄uis ipſe p totū corpus intenderet: tamen
miniſtros regni ſui deos genuit: ꝛ q̄ꝫ multa alia
de deo noſtris ſilia locutus eſt. Hec oīa lactan/
tius deos appellat angelos genitos. i. creatos a
deo. Sibyllas idē ponit eſſe decē diuerſis tem/
poribus ꝛ in diuerſis locis: ꝛ oēs he ſibylle vnū
deū p̄dicant: maxime erythea q̄ celebrior inter
ceteras ꝛ nobilior habetur: vnde deus inqt vna
ex eis: iſq̄ ampliſſim⁹ increat⁹: alia deus vnus ſo
lus eminentiſſimus q fecit celū ꝛ terrā atq̄ ſolē
ſtellas ꝛ lunā frugiferāq̄ terrā ꝛ tumores aque
ponti. Alia ſibylla: ipſū q eſt ſolus colite p̄ncipē
creatorē mūdi q ſolus eſt in ſeculū ꝛ a ſeculo fe/
cit. Auicenna ethnicus etiā in methaphyſica ſua
tractatu. 8. ſic ait. Manifeſtū ē ꝙ prim⁹ nō habꝫ
gen⁹ nec quidditatē nec q̄litatē nec q̄ꝫtitatē nec
vbi nec qn̄ nec ſilē ſibi nec ꝯtrariū qui ē altiſſi/
mus ꝛ glorioſus: eo ꝙ nō hꝫ diffinitionē: ꝛ ꝙ n̄
pōt fieri demonſtratio de oī qḋ eſt: immo ſunt ſi/
gna de eo manifeſta. Nū aūt deſignať eius certi/
tudo: ratio nō deſignať: niſi ꝓprie loquēdo p ne
gationē ꝯſimiliū ab ipſo: ꝛ p affirmationē relati/
onū ad ipſum: qꝛ omne qḋ eſt ab ipſo eſt: ꝛ nō ē
coīcare ei qḋ eſt ab ipſo: ipſe vero eſt omne qḋ
eſt: ꝛ tn̄ nō eſt aliqd ex his. hec ille.

**Deſcendamus ad no/**
ſtros ꝛ de ſacra ſcriptura nō optet multa ponere
qꝛ tota plena eſt atteſtatione vni⁹ deitatis ꝛ trini
tatis ꝛ pfectionū eius. Solū vnū ponamus: ipſe
moyſi apparens in rubro ardenti ait. Ego ſum
qui ſum hoc nomen meū in eternū: vbi hierony
mus omnis creatura nō eſſe dici pōt: qꝛ mutabi
lis eſt: ꝛ ſic ratio eſt qḋ prius erat cuꝫ ſit mutata
ſaltim cogitatu vel affectu. deus aūt tn̄ eſt: quia
immutabilis oīno eſt: ipſe eſt vt ait dionyſius.
Archanum bonuꝫ rationi omni ſuper eſſentiale
vnitas vnifica: omnis vnitatis ſupereſſentialis
eſſentia intellectus inuiſibilis inſcrutabilis: ipſe
eſt vt ait Gregl. nazan. cuius eſſe totū eſt inſupe
rabile: quoddā ſine fine ſubſtantie pelagus nul
lis terminis limitibuſq̄ circūdatus oēm ſenſum
omnē naturā omne tēpus ſupergrediens. Ipſe ē
vt ait Aug⁹. quē amat omne qḋ amare pōt ſiue
ſciens ſiue neſciens. Ipſe eſt queꝫ nemo amittit
niſi deceptus: quem nemo querit niſi admonit⁹
quē nemo inuenit niſi purgatus. Ipſe eſt cui nos
fides excitat: ſpes erigit: charitas iungit. Ipſe eſt
per quem omnia ſine eo nihil eſſent: ſed tendūt
ad non eſſe. Ipſe eſt vt ait Bern̄. quo ad vni/
uerſum ſpectat finis: quo ad delectationeꝫ ſalus
quo ad ſe ipſe nouit. Ipe eſt nō minus peruerſo
rum pena q̄ꝫ humiliū gloria. Eſt enim rationa/
bilis quedam equitatis directio: incōuertibilis
atq̄ indeclinabilis quippe attingens vbiq̄: cui
illiſa omnis iniquitas cor turbeť neceſſe eſt: ipſe
eſt longitudo ꝓpter eternitatē ītermina bilē: lati
tudo ꝓpē charitatē īmēſurabilē: ſublimitas ꝓpē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maieſtatē iattingibilē: ꝓfundū ꝓpter ſcientiam
inſcrutabilem. Hec ſm apl'm ſancti ↄprehendūt
Inno.3.in cōcilio generali inqt firmiter credimꝰ
⁊ ſimpliciter cōfitemur ꝙ vnus ſolus ē verꝰ deꝰ
eternus īmenſus īcōmutabilis incōprehenſibil'
oīpotēs ⁊ īeffabilis pater filius ⁊ ſpūs.ſ.de ſū.tri.
⁊ fi.ca.in prin.itaqꝫ dicere de deo ſm ſubſtantiā
quid ē:impoſſibile ē. Unde ⁊ damaſcenus dicit
ꝙ de deo ſcire poſſumus qꝛ ē:ſꝫ nō quid ē:meli
uſqꝫ īnoteſci pōt ex oīum rerum ablatione.pro/
pterea dicit etiam diony. ꝙ affirmationes ī di/
uinis ſunt īcōpacte:negationes vere. Dicere eniꝫ
de deo ꝙ ſit bonus ſapiens miſericors īpropria
locutio ē:qꝛ has qualitates ꝑdicamus d aliquo
ꝓut ītelligimꝰ. Intelligimus autē iſta eē accidē
tia in ſubiecto in quo ſunt:ſꝫ in deo nullū ē acci/
dens:ſꝫ ſapīa ⁊ bonitas ſunt eētia ſua. ſed cum
negamus deuꝫ eē corpus vl' viſibile aut mutabi
le ⁊ huiuſmōi iſta vera ⁊ ꝓpria ſunt:ita autē deꝰ
ē vnus ī eētia ⁊ trinus in pſonis. Unus ē:ne dif
ferentia ↄtrarietatē:ↄtrarietas pugnā:pugna cor
ruptionē inducat. Trinus auteꝫ ne ſolitudo aut
ſingularitas euꝫ vl' minꝰ potēteꝫ vl' minus bonū
vl' ēt minus felicē oſtendat. Pater nanqꝫ fontal'
oīum bonitas:qꝛ voluit ⁊ potuit filiuꝫ dilectuꝫ
genuit: cui beatitudinis ſue delitias pleniſſime
cōicauit:ñ enī inopi dando ſubuenit:ſꝫ īpaꝫ copi
aꝫ genuit:nō quidē materialiter vt homo hoīem
genuit.blaſphemiū ē enī talia in deo cogitare:ſꝫ
ſicut ſol generat radiū:⁊ mens hoīs eructat ſeu
generat verbū. Si ego ait deus Iſaie vlt.q alijs
generationē tribuo ſterilis ꝑmanebo.q.d.nō fili
um eniꝫ mihi ↄſubſtantialē ⁊ coequalē ⁊ coeter
nū generabo:ſicut ſplendor ſolis coeternus eſſꝫ
ſoli ſi ſol eēt eternus:ſed generationeꝫ eius quis
enarrabit Iſaie.53.certe nullus in pn̄ti.ſ.quo ad
modū:hic dei filius ē. Et dicit' ſapientia veritas
verbū figura ⁊ ſplēdor patris eius imago pfectiſ
ſima:p quā ipſe ſecretiſſimꝰ dignis aīs īnoteſcit:
p hunc etiā oīa facit:nō quaſi per organum my/
ſteriale:ſꝫ naturali ⁊ ſubſiſtente nature ⁊ virtute
ſicut ignis lucet eo:qꝛ ex eo ꝓuenit lumē. Ne au
tē īmoderata eēt generatio filius nō genuit: ſed
ab vtroqꝫ ꝓcedit ſpūs.ſ.vt āho ſe mutuo diligen/
tes tertiū ↄdiculū haberēt:cui charitatis ſue de
litias oīno cōicarent in quo etiā vl' per quē crea
ture rationales ꝓ modulo ſue capacitatis eiſdeꝫ
pticiparēt.ipſe.n.ſpūs.ſ.amor ē patris ī filiū ⁊ filij
in patrem vtrunqꝫ coniūgens noſqꝫ ſubiungens
Nec amor iſte eſt talis qualis ē nr̄:ſicut nec ver
bum dei eſt ſicut noſtrū verbū accedens incipi/
ens ⁊ deficiens:ſed amor perſona ſubſiſtens nec
ꝑncipium habens nec finem ſed eternus. Qm̄ ꝗ
ad ſummū bonum pertinet ſūma perfectio ⁊ ſū/
ma iocunditas:filius a patre procedit per modū
generationis:que eſt emanatio perfectiſſima:⁊
ſpūs ſanctus ab vtroqꝫ per modū liberalitatis:
hec iocūdiſſima atqꝫ gratiſſima:nihil.n.iocundi
us ꝗꝫ diligere ⁊ diligi ſimulqꝫ delitijs frui cōibꝰ

nec vllius boni poſſeſſio iocūda ſine ſocio. Pri
mum ⁊ precipuū liberalitatiſ donū in quo ⁊c.cū
cta donantur ē amor. Eſt āt ſpūs ſanctus equalis
vtriqꝫ:qꝛ a ſūma liberalitate oportuit ſūmū do
nū ꝓcedere vn̄ ⁊ ſūmum bonū ē. Eſt āt deus:qꝛ
donum intrinſecū ē.nō pōt āt aliqua rōne dmō/
ſtrari myſteriū trinitatis:⁊ ſi demōſtretur vni/
tas diuīe eētie exēplū ēt trinitatis vnius ſubſtā
tie nullū in creatura ſatis expſſū īuenitur.in igne
tn̄ maxie appuiſſe legitur:qꝛ ī eo ſimul tria con/
ſiſtūt.ſ.ignis ſplēdor ⁊ calor ⁊ vnū lumē ſūt:que
cū inſepabilr opētur:igni tn̄ attribuit' vſtio: ſplē
dori illūinatio:calori calefactio.ſic āt tota trini/
tas ſui pfectiōe equalis ē vt exceptis ꝓꝑetatibꝰ p
ſonalibꝰ.ſ.gignere,naſci,ꝓcedere ⁊ hꝰ:qcquid de
vna pſona dr̄ digne de tribꝰ ītelligatur vt creare
iuſtificare illūinare ſaluare ⁊ hꝰ ſapīa potētia bo
nitas ⁊ hꝰ. Notiōes āt pſonaꝝ ſūt pn̄itas filia/
tio ⁊ proceſſio addūtur ⁊ alie due.ſ.inaſcibilitas
⁊ ↄīs ſpiratio. ¶ Hec āt que de myſterio ſancte
trinitatis veriſſime dicta ſūt:nulla efficaci rōne
demōſtrari pn̄t vel aliqua ꝓꝑa ſimilitudie dcla
rari:ſed neceſſario credi debēt qꝛ in hoc meritū
fidei cōſiſtit:⁊ inqſitio p rōem ad temeritatē pti/
net. Un̄ ber.trinitatē ī vnitate īueſtigare temeri
tas ē:credere pietas ē:noſſe vita eterna ē:ñ ſolū
āt vtilr hoc credit':ſed ⁊ valde rōnabilr ñ leuit'
Un̄ ī li.d tri. Ricar.ait vtinā attēderēt iudei:vti
nā aduerterēt pagani cū quāta ſcie ſeueritate p
hac pte ad iudiciū dinū poterimꝰ accedere: nōne
cū oī cōfidētia deo dicere poterimꝰ:dn̄e ſi error
ē.ſ.ī hac nr̄a credulitate a teipo decepti ſumꝰ:nā
iſta tātis ſignis ⁊ ꝓdigijs cōfirmata ſt ⁊ talibꝰ ꝗ ñ
niſi p te fieri pn̄t. Et certe a ſūme ſāctitatis viris ſt
nobis tradita:cū ſūma ⁊ āttica atteſtatiōe pbata
teipo coopāte ⁊ ſmōe ↄfirmāte ſequētibꝰ ſignis
hec ille. Et aūt ipa trinitaſ vnꝰ deꝰ creauerit oīa
⁊ hēat ꝓuidētiā de oībꝰ ēt d viliſſimis rebꝰ maxi/
me de regibꝰ hoīum:pꝫ p aug.de ciui.dei li.v.c.
¶ Deꝰ ſūmꝰ ⁊ verꝰ cū verbo ſuo ⁊.ſ.ſ.ꝗ tria vnū ſt
deus vnꝰ oīpotēs creator ⁊ factor oīs aīe atqꝫ oīſ
corpis cuiꝰ ſt pticipationes felices oēs q ſūt ī ve/
ritate ñ vanitate felices. Qui fecit hoīem rōnale
aīal ex aīa ⁊ corpe. Qui cū peccātē nec īpunituꝫ
eē pmiſit:nec ſiñ miſericordia cū drelīqt:q hōis
⁊ mal' ēt eētiā cū lapidibꝰ vitā ſēinalē cū arbo/
ribꝰ:vitā ſēſualē cū pecoribꝰ vitā ītellectualē cū
ſolis āgelis dedit a ꝗ ē oīs ſpes ⁊ oīs ordo:a ꝗ ē
mēſura numerꝰ ⁊ pōdus:a ꝗ ē qcqd naturalr ē:
cuiuſqꝫ generis ē:cuiuſqꝫ extīatōis ē:a ꝗ ſūt ſēina
formaꝝ ⁊ forme ſeminū:motꝰ ſēinū atqꝫ formaꝝ
q dedit ⁊ cārn originē ⁊ pulchritudinē valitudi
nē ꝓpagatiōis fecūditatē mēbroꝝ diſpōem:ſalu
tē cōcordie. Qui ⁊ aīe irrōnali ddit ſenſū memo
riā ⁊ appetitū:rōali īſup mētē ītelligētiā ⁊ volū/
tatē:q ñ ſolū celū ⁊ terrā nec ſolū āgelū ⁊ hoīem
ſed nec exigui ⁊ cōtēptibil' aīalis viſcera:nec her
be floſculū:nec arboris foliū ſine ſuaꝝ ptiū.

¶ Ut deus ſtetit ⁊ ſtat.5.modis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sciendum etiam ꝙ deus ſtetit et
ſtat ſeu exiſtit in rebus quinq; modis ſm vincē.
primo li. ſpec. hiſtoriał. ſ. p naturā: p gratiam: p
gloriā: p vnionē: ⁊ p loci circūſcriptionē. Et per
naturā tripliciter. ſ. potētialiter p̄ſidendo: p̄ñtia/
liter cognoſcēdo: eentialiter ſubſtētādo: ⁊ ſic in
oībus p gratiā exiſtit tripliciter. ſ. in habitatiōe:
vt in iuſtis hoībus: aplus ad ephe. 3. c. habitare
xp̄m p fidē in cordibus vr̄is. Efficacia: vt in ſa/
cramētis. Myſterio: vt in colūba ſup xp̄m ap/
parēte. Per gl'am tripliciter exiſtit in beatis. ſ. in
vi rōnali inq̄ʒtum ē veritas p cognitionē: in cō/
cupiſcibili inq̄ʒtum ē bonitas p delectationē: in
iraſcibili inq̄ʒtum ē poteſtas vel maieſtas p re/
uerentiā. Per vnionē tripliciter ineſt. ſ. p hūanā
naturaʒ in xp̄o: ad carnē tm̄: vt in ſepulchro: ad
aīam tm̄: vt in inferno. p loci circūſcriptionē ſi/
ue corpalem p̄ñtiam triplr̄. ſ. in vtero ꝟginis p
ↄceptionē: in mūdo p eruditionē: ī celo p dexte
re p̄ris ↄſeſſionē. eſt ḡ deus in oībus ñ partialir̄
diuiſus: ſʒ vbiq; totuſ: intra oīa ñ incluſus: extra
oīa ñ excluſus: ſup oīa ñ elatus: infra oīa nō de/
preſſus ſm greg. in moral.

¶ De beatitudine hominis. ſ. in quo ↄſiſtat. c. iij

Notanduʒ ſecundū
pe. de pal. in. 4. di. 49. arti. 8. ꝙ cū be
atitudo noīet bonū pfectū illius qui dr̄ beatus
ſicut aliqd dr̄ bonuʒ alicui duplr̄: ſic beatitudo
alicuius dr̄ dupliciter. Dicitur. n. bonū alicuius
dupliciter: vno mō extrinſece ſolū p modū agē
tis vel obiecti: ſicut ignis dr̄ bonus frigeſcēti p
modū agentis vel efficiētis: q2. ſ. cauſat caloreʒ
in eo q eſt ſibi bonus formalir̄: ⁊ viror eſt oclo
bonus p modū obiecti. ¶ Alio mō dr̄ bonū ali
qd alicui formalr̄ ⁊ intrinſece: ſicut ſanitas ē bo
nū hoī q̄ ad corpus: ⁊ ſcīe ⁊ ꝟtutes ſūt bona aīe
quā pficiūt formalir̄. ¶ Silr̄ beatitudo hoīs dr̄
duplr̄: vno mō illud qđ beatificat hoīem ſoluʒ
extrinſece p modū agētis vel obiecti: alio mo/
do illud qđ btīficat hoīem formalr̄ ⁊ intrinſece
tanq̄ʒ pfectio ſibi inherens. compando aūt has
duas btītudines adinuicē magis ꝓprie dr̄ btī/
tudo hoīs. 2. ſ. illud ꝙ beatificat hoīem. ſ. forma
lir̄ ⁊ intrinſece q̄ʒ illud qđ btīficat hoīem ſolū ex
trinſece. Huius rō ē: q2 illud magis dr̄ btītudo
nr̄a q̄ magis ꝓprie dicimur btī: ſʒ p illud qđ for
malir̄ nos btīficat magis ꝓprie dicimur btī q̄ʒ
p quecūq; extrinſecū. Denoīatio. n. formalis ſēp
ē magis ꝓpria q̄ʒ q̄cūq; alia: q2 in eo ꝙ ſic noīatr̄
ē vere ⁊ ꝓpe res noīs: ſic aīal ꝓpriſſime dr̄ ſa/
nū: q2 in eo ē ſanitas a q̄ denoīatr̄ ſanū: ñ ita ꝓpe
dr̄ medicīa ſana: nec aīal dr̄ ſanū rōe medicine
ſʒ hō denoīatr̄ btūs formali denoīatiōe a btītu/
dine: q̄ ē pfectō ī eo exn̄s. ab obiecto aūt ⁊ ab ef
ficiēte ñ dr̄ formali denoīatōe btūs: q2 btītudo
q̄ ē obiectū vel cā agēs ñ ē in noīe ſʒ ē denoīatō
ſolū extrinſeca ḡ ⁊c. Itē q2 illud ꝓprie dr̄ nr̄m
qđ ē nobis magis vnitū: ſʒ btītudo q̄ ē in nobis
formalr̄ ⁊ intrinſece ē nobis magis vnita: q̄ʒ btī
tudo q̄ ſolū hʒ ſe ad nos extrinſece ⁊ obiectiue:
q2 illa ñ attingitr̄ a nobis niſi mediāte btītudine
formali: ḡ illa formalis ⁊ intrinſeca ē magis btī
tudo nr̄a: ⁊ ſm eā magis dicimur btī: q̄ʒuis tn̄ il
la formalis magis dicatr̄ btītudo nr̄a q̄ʒ obiecti
ua q̄ deus ē: tn̄ abſolute loq̄ndo magiſ illa obie
ctiua ē: ⁊ dr̄ btītudo: q2 deus ē obiectū nr̄e btī/
tudis: ē magis ꝓprie ⁊ vere btītudo q̄ʒ btītudo
nr̄a illa formalis intrinſeca. ¶ Sciendū ſm pe.
vbi ſupra ꝙ btītudo formalis ⁊ ſubiectīa eēn/
tialiter dicta ñ ↄſiſtit in aliq̄ pfectione corpali: ⁊
rō hʼ ē: q2 de rōe huius btītudis ſic accepte ē ꝙ
ipſa ſit optīa pfectio hoīs ad quē oēs alie pfectō
nes ordinantr̄ ſicut ad finē: ſic. n. noīe btītudinis
vel felicitatis oēs vtuntr̄ tā phyſici q̄ʒ theologi.
Dicit. n. phs p̄ ethicor ꝙ felicitas ē oīm opato/
rū ſūmū bonū: ⁊ infra dicit ꝙ ipam volumꝰ ꝓ/
pter ſe: alia autē ꝓpter ipam. Ex q̄ pōt ſic argui:
illa pfectio q̄ ñ eſt ſūme bona nec ꝓpter ſe voli/
ta ſʒ ꝓpter aliā meliorē ñ pōt hr̄e rōnē btītudis
ſʒ oīs pfectio corpalis ē huiuſmōi ḡ ⁊c. Maior
declarata ē: ſʒ minor ꝓbatr̄: q2 ſicut ſe hʒ corpuſ
ad aīam: ſic ſe hn̄t pfectiones corpis ad pfectio
nes aīe: q2 ſicut ſe hn̄t pfectibilia adinuicē: ſic ſe
hn̄t pfectiones cor: ſed corpus ꝓpter aīam ⁊ na
turaliter ipa materia ꝓpter formaʒ tanq̄ʒ ꝓpter
aliqd melius: vt dr̄ 2° phyſicor. ḡ pfectiōes cor
poris ſūt pp pfectiōes aīe tanq̄ʒ ꝓpter aliqđ me
lius: ⁊ hec fuit minor: ⁊ ſic pʒ ↄcluſio. ⁊ p ideʒ pʒ
ꝙ aīe pfectiones q̄ʒtū ad ptē ſenſitiuā q̄ ē totius
ↄiuncti ñ pñt habere rōem btītudinis: q2 ſic ſe
hʒ ſenſus ad intellectū: ſic ſe hʒ pfectio ſenſitiue
ptis ⁊ appetitus corrñdentis ad pfectionē intel
lectus ⁊ volūtatis: ſʒ in hoīe ſēſus ē ꝓpter intel
lectū tanq̄ʒ ꝓpter aliqd melius ⁊ nobiliꝰ: ḡ pfec
tiones ſenſitiue ptis ſūt ꝓpē pfectiōes intellecti
uas tanq̄ʒ ꝓpter nobiliores ⁊ meliores: ḡ in eis
ñ pōt ↄſiſtere btītudo hoīs: ex q̄ ſequitr̄ ꝙ cū ps
intellectiua ꝓut diſtinguitr̄ ↄ ſenſitiuā includat
intellectū ⁊ voluntateʒ: quibus nihil nobilius ē
in hoīe: ꝙ btītudo ↄſiſtat in optīa pfectione in/
tellectus vel voluntatis vel vtriuſq; ſimul. ¶
Ad beatitudinē aūt ptinet dos aureola ⁊ fructꝰ
que quidē ſm pe. vbi ſupra ñ educūtr̄ de aliqua
potētia naturali: q2 carent eē naturale nec ſunt
ab agente naturali. Viſio ḡ beatifica ⁊ oīnis for
ma ſupnaturalis accidētalis p̄exiſtit in potentia
paſſiua ſubiecti: q2 pōt eē ſine illo miraclo. Iteʒ
educitr̄ p ↄñs de illa potētia ñ naturali ſʒ obīali
⁊ p̄exiſtit ī potētia ſupnaturali ñ naīali ¶ De do
tibꝰ ſciendū p̄ qd ſit doſ: vñ dicatr̄: ⁊ cui ↄueniat?
¶ Eſt āt dos ppetuꝰ ornatꝰ aīe ⁊ corpis iūgitr̄ in
eterna btītudine pſeuerans. datr̄ autem in huma
na conuerſatione doſ a patre filie ſue deſpōſate:
vnde cum chriſtus ſit ſpōſus anime: trinitas āt

ſit pater anime:ideo ſicut a patre datur ei.ſ.ani
me:vt ſit digna ſponſo:nõ quidem ad vtilitatẽ
ſponſi vt in matrimonio naturali:ſʒ ad vtilitatẽ
totalem ſponſe ⁊ honorẽ ſponſi:non aũt ꝯuenit
dos xp̃o ſm nomẽ:q2 eſt ſpõſus ⁊ non ſponſa:ſʒ
ꝑfectio dotiſ ſibi excellenti⁹ ꝯuenit.ſ.viſio ⁊ frui
tio ⁊ hi⁹.q̃tum ad hũanitatem:nec angelo ꝯue/
nit ſm nomen:q2 non eſt ſponſa ſm naturã ſpẽi
ſed ꝑfectio dotiũ ſpũalium.i.anime bñ conuẽit
vt viſio ⁊ huiuſmodi:ſʒ large:ſicut xp̃s dicitur
caput angelorum:ſic dicitur ſponſus eccleſie tri
umphantis :ideʒ pe.vbi ſupra.De dotibus aĩe
cõis aſſignatio eſt:q2 dotes aĩe ſunt tres.¶Pri
ma ẽ viſio.i.lumen glorie cõfortans ad viden/
dũ.¶Secũda dilectio vel fruitio.i.charitas ꝑfe
cta.¶Tertia eſt cõprehẽſio ſeu tentio.Hec re/
ſpondet tribus v̾tutibus theoricis:niſi q̃ cõpre
henſio ſiue tẽtio nõ dicit aliũ habitũ ſicut ſpẽs:
ſed ꝯditionẽ ꝑpetuitatis.Itẽ tribus p̾tibus ima
ginis.Itẽ tribus viribus aĩe.Alia aſſignatio ẽ
magis ꝓpria vt videt̃:que ẽ.ſ.q̃ ſunt he tres:vi
ſio dilectio ⁊ fruitio:q2 cõprehẽſio ſiue tentio ẽ
cõis his tribus:ſʒ.3.diſtincta ſunt re vel rõe ſpe
cifica.Sed de parafernalibus que ſũt bona iux̃
dotẽ data:ſm hanc ꝑabolam videt̃ q̃ parafer/
nalia ſunt beatoꝝ alia dona minus ꝑcipua ſiue
ſint aureole ſiue fructuſ ſeu quecũqʒ alia:vt lauſ
ſufficientia ⁊ multa hi⁹.de dotibus ãt corporis
infra dicetur.predicte tres dotes aĩe poſſũt no/
tari ex v̾bis ꝑs.35.dicentis.Inebriabunt̃.ſ.ſãcti
tui ab vbertate domus tue.ſ.glorie ſupne: ⁊ tor
rente voluptatis tue potabis eos: qm̃ apud te ẽ
fons:⁊ in lumine tuo videbimus lumẽ.ebrietas
enim dilectionẽ notat ſanctoꝝ.Vñ hiero⁹.dicit
de virgine maria q̃ erat in ea ardor ꝯtinuus et
ebrietas ꝑfuſi amoris.ſ.dei:ſicut.n.ebrietas tra/
hit hoĩem extra ſe:ita diuinus amor extaſim fa
cit.Inquit dionyſius ñ ſinens ſe ſui amatores.
Inebriabunt̃ g̃ beati dilectione:⁊ hoc ab abũ
dantia bonoꝝ q̃ ſunt in domo gl̃e:q̃ a deo ꝓce/
dũt dilecto.Fruitio ſiue delectatio notat̃ in po
tu voluptatis:q̃ delectatio a deo ẽ:q2 tue: ⁊ idõ
vera ⁊ ꝑmanens.Vñ Ber.Illud ẽ verum gau/
diũ qd̃ ñ de creatura ſʒ de creatore concipit̃:qd̃
cum ꝑceperis nemo tollet a te: cuius compatione
oĩe pulchrũ fedũ:omne dulce amarũ:omne qd̃
põt delectare moleſtũ.gaudiũ.n.delectatio eſt ĩ
creatura rõnali.Hec delectatio ſeu gaudiũ abũ
dans ẽ:⁊ idõ dicitur torrẽte ñ calice vel ciato.ex
omni.n.p̾te gaudio circũdatur multiplici.Unde
dicit̃ Math.24.intra in gaudiũ dñi tui:vt vn/
diqʒ eo circũdet̃ ex ſupiori videndo deum:⁊ ex
inferiori videndo infernũ quẽ euaneſcit:ꝑs.Le/
tabitur iuſtus cũ viderit vindictã.i.punitioneʒ
reproboꝝ:a dextris videndo iucundã beatoruʒ
ſocietatẽ:a ſiniſtris in cũctis elemẽtis ⁊ celis no
uam venuſtatẽ.Item bonoꝝ opm meritũ ꝑmia
tũ extra corpus glorificatũ.Erit.n.faciliſ ⁊ ideo
dicit̃ potus.facillime.n.ibi potus ſumit̃ ad dele
ctationes in mundo ſiue tp̃ales ſiue ſpũales ꝑue
nit qs cum magno labore frequenter.ſiqs vult
delectari in cibis ſatis laborat in querẽdo in co
quendo in comedẽdo.ſi querit delectari ſpũali
ter qd̃ ſit ex opibus virtuoſis ⁊ ꝯtemplatione ⁊
orõne ⁊ hi⁹:vtiqʒ prius oportet laborare:ſʒ ſine
aliquo labore beati hñt ꝯtinuũ gaudiũ: qd̃ vti/
qʒ eſt ibi ꝯtinuũ cum ſacietate ſimul ⁊ cũ auidi/
tate.ꝑs.Saciabor cũ apparuerit gloria tua:⁊ ſic
tollitur anxietas:⁊ ex hoc ne credatur hoc eẽ cũ
faſtidio:ſicut hic accidit:q2 ſatur faſtidit cibum
vel potũ:vt dicitur eccl̃iaſtici.24.qui bibũt me
adhuc ſitient.Et pe.in canonica ſua in quẽ de
ſiderant angeli ꝓſpicere:vñ aũt inebrient̃ dile/
ctione ſancti ⁊ potentur fruitione oñdit:ſubdẽs
ꝑs.qm̃ apud te eſt fons vite vnde.ſ.hauriũt.ec/
cleſiaſti primo.Fons ſapiẽtie verbũ dñi in ex/
celſis:qd̃ Jo.dicit eſſe apud deũ patrem.ſ.et qd̃
factum ẽ in ipſo vita erat:⁊ vita erat lux hoim.
Ab ipſo igitur fonte uite ⁊ luminis illuminãtur:
vnde ſubdit in lumine tuo videbimus lumẽ:in
lumine.ſ.glorie ſancti vident lumẽ diuinitatis:
vnde viſio eſt tota merces fundamentaliter.ſ.⁊
vt refert Aug.de ciui.dei.Viſio illa ẽ tante pul/
chritudinis:tantoqʒ amore digniſſima:vt ploti
nus philoſophus ſine hac quibuſlibet ⁊ q̃tiſli/
bet bonis ꝑditam animã exiſtimet infeliciſſimã
Ex hac igitur viſione inebriant̃ dilectõne:quia
bonũ non amatur niſi viſũ.i.cognitum ſeu repñ
tatum per intellectum:⁊ tanto magis q̃to mai⁹
cognoſcitur:⁊ quia clare ſummũ bonum cogno
ſcitur:idõ inebriãtur ſancti amore.⁊ q2 ſm Aug⁹.
nil dulcius charitate que vnit dilectũ cũ diligẽ/
te:⁊ ꝑcipue ꝑfectiſſime in patria:idõ ſequitur vo
luptas fruitionis:⁊ hic ẽ vltimus finis creature
rationalis.ſ.beatitudo que cõprehẽditur in his
tribus dotibus.Unde dicit magiſter in ſo ſen/
tentiaꝝ di.i.fecit deus rõnalem creaturã:vt ſũ/
muʒ bonũ intelligeret:intelligẽdo amaret:amã
do poſſideret:poſſidẽdo frueretur.poſſeſſio au
tem videtur ꝑtinere ad tentationẽ ſm al.

¶De viſione dei. Ca. iiij.

## DE viſione dei.

Ubi ſcien
dum pri/
mo q̃ deus in pñti videri nõ põt ex pu
ris naturalibus:niſi tantũ q2 ẽ:quõ viderũt phi
loſophi demonſtrãtes p rõnes naturales deuʒ
eẽ ſm illud Ro.i.Inuiſibilia dei a creatura mũ
di p ea que facta ſũt intellecta ꝯſpiciunt̃:ſẽpiter
na q̃ʒ virtus eius ⁊ diuĩitas:⁊ qd̃ notũ ẽ dei:mãi
feſtũ eſt illis:ſʒ ⁊ p lumẽ gratie ⁊ fidei additũ lu
mini naturali ñ põt etiã videri qd ẽ:ſʒ ſolũ q2 ẽ
Tertius tñ aſſentit̃ his q̃ de deo mõſtrari pñt p
lumẽ fidei q̃ʒ p lumẽ naturale ⁊ vtilius: q2 ex p
ñ eſt meritũ:cũ al̾s ñ aſſentiret̃:ſʒ ex ſecũdo me
ritũ fidei:de q̃ viſione ap̃ls.i.cori.13.videm⁹ nũc
per ſpeculum ⁊ in enigmate.Nec poſſet videri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

deus quid eſt ſeu per eſſentiam: vt beati in pa/
tria ab homine in corpore conſtituto mortali q̃ꝫ
tumcunqꝫ eleuato in contemplatione: niſi eſſet
alienatus a ſenſibus tam interioribus q̃ꝫ exteri
oribus vita vegetatiua tantum viuens. Et ratõ
eſt: quia vt dicit philoſophus in li. de anima: ne
ceſſe eſt quẽcunqꝫ intelligentem fantaſmata ſpe
culari. fantaſmata ſunt repreſentatiua rerum na
turalium: deus autem ſpirituſ eſt nil habens de
materia: ⁊ ideo non poteſt intellectus vtens fã/
taſia: vt communiter accidit: videre deum quid
eſt. Unde ⁊ ſm Tho. ſcõa ſecunde. q. 175. ar. 4.
de paulo cum raptus fuit in paradiſum ad vidẽ
dum deum per eſſentiam vt ab hominibus di
citur opoꝛtuit ſaltim ꝙ eſſet omnino a ſenſibus
alienatus: ſed anima erat in corpore: quod ipſe
ponit in dubio. Et ſic ĩtelligitur illud Jo. ꝓmo
deum nemo vidit vnq̃ꝫ. ⁊ Exo. 33. dixit domi/
nus moyſi: nõ videbit me homo ⁊ viuet ſcilicꝫ
vita ſenſitiua. Unde ⁊ ipſe moy. quẽꝫ etiam ipſe
tho. poſt aug. dicit vidiſſe deum per eſſentiam
in vita preſenti fuit alienatus tũc a ſenſibus. Et
ſiquis vellet intelligere de viſione que fit ꝑ ocu
los corporales ad litteram: verum eſt ꝙ nedũꝫ
oculus mortalis hominis: ſed nec etiam glorifi
cati deum videre poteſt per eſſentiam. Et ratõ
eſt: quia ſimilitudo ſeu ſpecies rei viſe per quaꝫ
videtur eſt res corporalis: deus autẽꝫ eſt purus
ſpiritus: nec potẽtia ſenſitiua eſt capax ſeu ſuſce/
ptiua rei ſpiritualis: vnumquodqꝫ enim recipi/
tur in altero per modum eius ſm philoſophum
Sed greg. in mora. poſt Jo. incell. dat aliquan/
do expoſitionẽ illius auctoritatis: vt ſcilicꝫ ho/
mo viuens. i. ſm ſenſualitatem vtiqꝫ ſicut hic ñ
videt deum viſione guſtatiua: ita nec in patria
viſione fruitiua: quia non ſaluabitur: nec eſt cõ
tra predicta quod ait iacob Gñ. 49. vidi domi
num facie ad faciem: ⁊ Jſa. 6. vidi dominum ſe
dentem ſuper ſolium excelſum ⁊c. Nam ille vi
ſiones ſm tho. greg. ⁊ alios non fuerũt viſiones
diuine eſſentie ſed in ſubiecta creatura. Appare
bant enim angeli in forma aliqua excellenti cor
porali repreſentantes dominum: vnde denomi
nabantur ab eo quem repreſentabant: in patria
autem vident ſancti deum clare ⁊ per eſſentiaꝫ
ſm illud prima Jo. 3. c. ¶ Cum apparuerit vide
bimus eum ſicuti eſt: ⁊ i. cor. 13. tunc facie ad fa
ciem: ſupple videbimus: ⁊ hoc per lumen glo/
rie: vt dicetur. ĩ. non tamẽ comprehenſiue: vt. ſ.
poſſet aliquis beatus comprehendere totũ qđ
eſt deus. Unde Jere. dicitur de deo: magnus
conſilio ⁊ incõprehenſibilis cogitatu: nec etiam
anima xpi. Unde dicit ps. in perſona xpi mira/
bilis facta eſt ſcientia tua ex me confortata ⁊ ñ
potero ad eam ſcilicet peruenire. Ratio huius
eſt vt dicit Pe. de palu. in. 4. di. 49. arti. primo
q2 illud qđ eſt proprium ſuperioris nature tan
q̃ꝫ per ſe ⁊ primo conueniens ei ſe habet triplici
ter ad inferiorem naturam. ¶ Uno modo ſic ꝙ
ſecundum eſſe debiliſſimum ei conueniat per
naturam. ¶ Alio modo vt ſecundum eẽ magis
perfectum ei conueniat per motũ illius. ¶ Ter/
tio modo ſecundum eſſe perfectiſſimum: ⁊ ſic
nõ eſt ei communicabile niſi communicaretur
natura: ſicut aer ex natura ſua eſt tepide calidus
ſed ab igne fit feruide calidus: non autem cali/
diſſimus: niſi fieret ignis: ſic intellectus creatus
per naturam eſt cognoſcitiuus dei q̃ꝫtum ad qa
eſt: ſed per lumen glorie nude videndo cogno/
ſcit quid eſt. i. eſſentiam dei: nullo autem modo
poteſt comprehendere deum niſi deificaretur:
quod eſt impoſſibile: ſed ſolus deus comprehẽ
dit ſeipſum: de qua noticia comprehenſionis di
citur Math. 11. nemo nouit filium niſi pater: ne
qꝫ patrem quis nouit niſi filius: ⁊ idem intelligi
tur de ſpiritu ſancto: non obuiat ꝙ ait apl's. i. co
rinth. 9. Sic currite vt comprehendatis. ſ. deum:
nam dupliciter dicitur deus comprehendi: vno
modo attingendo ad id quod tenditur: ⁊ õ hoc
loquitur apl's: ⁊ tamen ſancti dicuntur compre/
henſores reſpectu currentium ad brauium bea
titudinis per feruẽtia bona opera ꝓpter que di
cuntur viatores. ¶ Alio modo dicitur aliquid
comprehendi vt totum capiatur quod eſt: ⁊ ſic
deus dicitur incomprehenſibilis a nobis: extra
de ſumma tri. c. i.

## Quomodo ſit iſta viſio

beata? circa qđ dicit pe. de pal. in. 4. vbi ſupra. ꝙ
non eſt per ſpẽm. ſ. intelligibilẽ: ſicut ſunt ſpẽs in
telligibiles: quibus homo intelligit̃ in pñti: vel
ſicut ſunt ſpẽs indite intellectibus angelorũꝫ ab
initio creaturaꝝ: quibus mediãtibus intelligũt
creaturas vltra illũ modũ quo eas cognoſcunt
in verbo. Nã cum ſancti dicunt: ꝙ hic deus vi/
detur ꝑ fidẽ: in patria per ſpẽm: nõ loquũtur de
tali ſpecie intelligibili: ſed appellant ſpẽm dei eſ
ſentiam eius: q̃ ⁊ alio modo dicitur facies: nõ ꝓ
prie cũ facies ſit corpis ⁊ deus ſit incorporeus:
ſꝫ per ſĩitudinem: q2 cognitio hoĩs in facie ẽ cla
ra ⁊ plena eius cognitio ſm corpus: hoc aũt co/
gnoſcit̃ q̃i ex poſt tergo. i. imperfecte. Uñ ipe di
xit moy. exo. 33. Poſteriora mea videbis: facieꝫ
aũt meã videre ñ poteris viuẽs. ſ. viſu ſenſuũ: ñ
ḡ per ſpẽm intelligibilẽ videt̃ deus in patria: qđ
ſic ꝓbat. Si in viſione beatifica eſſꝫ ſpẽs: aut ibi
eẽt ꝓpter agere: aut ꝓpter recipe: aut ꝓpter re/
pñtare: aut ꝓpter determĩare: ſed ꝓpter nullum
eorũ ibi requirit̃: ḡ fruſtra ponit̃. Maior pꝫ: q2
ſpẽs nõ põt ſeruire ad cognitionẽ: niſi aliq̃ iſtoꝝ
modoꝝ. Minor pꝫ q̃ꝫtum ad ſingulas ptes per
ordinẽ. ¶ Primo ꝙ ñ eſt ſpẽs in patria q̃ ad vi
ſionem beatificã ꝓpt̃ elicẽ actũ actiue: tũ q2 de⁹
ĩmediate efficẽ põt qcqd agit alio mediãte: tum
q2 creatura ñ põt ꝯcreare vel ſaltẽ ñ eſt ſibi cõi
catũ creare inſtrũaliter: quõ oꝫ ad hoc ꝙ ꝓducat̃
btĩtudo q̃ ẽ qđ ſupnaturaliſſimũ: tũ q2 illo poſi
to de⁹ ñ ĩmediate ꝑ ſeipm btĩficarꝫ. ¶ 2°. ñ regri/

tur talis ſpecies ad diſpoſitionem paſſiue: quia
deus poteſt imprimere perfectionem ſine omni
diſpoſitione: que non eſt vniuerſaliter ꝛ p ſe re-
ceptiua ipius. Spẽs aũt cognoſcibilis non ē ſic
per ſe ſuſceptiua cognitionis: ſicut potẽtia cogni
tiua: tũ qꝛ non poſſet in aliquo cognitio vbi nõ
eſſet ſpẽs: ſicut vbi nõ eſt potentia cognitiua: tũ
cum in deo ſit cognitio ſine ſpecie: non autẽ ſine
intellectu ꝛ in angelo reſpectu ſui. ¶ Tertio non
requirit ſpẽs ad repreſentandũ: tum qꝛ beatitu
do patrie que eſt de preſentia dei non põt eſſe p
illud repſentatiuũ: qδ equaliter ē preſentis ꝛ ab
ſentis: exiſtentis ꝛ nõ exiſtentis: huiuſmodi aũt
eſt talis ſpẽs: tuꝫ qꝛ contractio ad eſſe limitatũ
plus diſtat ab eſſe illimitato ꝗ̃ ꝯtractio ad eſſe
ꝯiunctũ materie ꝛ a ſepatis a materia ꝛ contra-
ctio ad hic: ꝛ nũc ad eſſe vniuerſale: ſed propter
hoc ſpẽs ſenſibilis non repſentat vniuerſale: nec
intelligibilis accepta a fãtaſmatibus directe po
teſt repſẽtare ĩtellectui ꝯiũcto quidditatem ſub-
ſtantie ſepate: g̃ multominus ſpẽs creata poteſt
repſentare quidditatem increatã. ¶ Quarto nõ
requiritur talis ſpẽs ad determinandũ: qꝛ licet
deus ſit agens vniuerſale: tamen ſeipm determi
nat: vnde illiuſ obiecti determinate cognitionẽ
ĩprimit cuius vult vel ſui vel alterius: ꝑpter qδ
nõ indiget in ſuo paſſiuo determinãte aliũ: ſicut
indiget celũ vel intellectus agens: viſio aũt bea
ta eſt a ſolo deo effectiue ſaltim p̃ncipaliter: vn
de nec ꝑpter hoc ſpẽm requirit: ſed viſio iſta ē
p lumen glorie. Circa qδ dicit idem pe. vbi ſu-
pra ꝙ ad videndũ deũ clare ꝛ beatifice requiri
tur lumen in intellectu habituale de potẽtia dei
ordinata ꝛ ꝙ ita eſt δ facto. Et hec cõis opinio
que ꝑbatur tripliciter. ¶ Primo ꝙ ſit congruũ
qꝛ omne qδ videt̃ in lumine videt̃: ꝛ hoc eſt na
turale intellectui: vt in lumine intellectus agẽtiſ
qui eſt hĩtus vt lumine videat qcquid videt: vn
de qꝛ gr̃a nõ deſtituit ſed pficit naturã: ideo me
diãte habitu luminis congruũ eſt intellectũ bea
tificari. ¶ Secũda rõ quaſi eadẽ eſt: ſic gratia p
ficit naturã ſm modũ eius: qꝛ ergo volũtas ꝛ in
tellectus nata ſũt actu pfectiſſimo mediãte hĩtu
q̃ ſit ei cõnaturalis actus: inde ē ꝙ iſto modo in
beatitudine ſupnaturali q̃ſi naturali pficit̃: ꝙ eſ
ſet p habitũ ſupmum: puta ſapiẽtie. ¶ Tertio p
batur ex hoc ꝙ caritas nunꝗ̃ excidit: miruꝫ eſt
aũt valde ꝙ ĩtellectus ſit actus pfectus ſine ha-
bitu ſi in volũtate eſſe nõ põt: qꝛ volũtas ē ma-
gis determinata ꝗ̃ intellectus: ꝑpter qδ oẽs po
nũt in intellectu hĩtus: ſꝫ in volũtate nõ oẽs po-
nũt: qꝛ determinato intellectu determinat̃ volũ
tas neceſſario: ſi g̃ in prima non põt eſſe fruitio
in volũtate ſine hĩtu charitatis: ſaltim de poten
tia ordinata: multomagis nec viſio in intellectu
ſine lumine glĩe ſm illud p̃s. In lumine tuo vi-
debimus lumẽ. ſ. deitatis. In lumine glĩe hĩtua
li infuſo intellectu. De potentia aũt abſoluta põt
haberi beatifica viſio ſine tali lumine hĩtuali: ſꝫ
non de ordinata. Et ſi arguat̃ ꝯtra ſic: agentis li
beraliſſimi eſt cõicare patienti om̃e illud cuius
eſt capax: ſi ergo intellectus ſine habitu luminiſ
eſt capax beatitudĩs de potentia abſoluta: ergo
diuina liberalitas ſine tali hĩtu beatitudineꝫ cõ
municat. Reo. ꝙ agẽs liberaliſſimũ cõicat con-
gruentiori mõ: ꝛ nõ omni modo ſibi poſſibili δ
potẽtia abſoluta bona ſua. Qui enim põt ſalua-
re ſine ſacramentis: aut ſine incarnatione: aut fa
cere om̃es effectus ſine cauſa media: ꝛ accidens
ſine ſubiecto mauult tñ ſic ordinate facere iſta
propter congruitatem non propter neceſſitatẽ.

## Quid videatur in deo

vere ꝛ congrue in vita beata dicendũ. Equidẽ
videtur clare diuina eſſẽtia ab omnibus: ꝛ hoc
eſt denarius datus omnibus laborantibꝰ in vi
nea domini: Math. 20. In denario enĩ deſigna
tur ex imagine regia diuina maieſtas que vide
tur: ꝛ in numero denario qui eſt pfectus omnis
perfectio: ꝛ in rotunditate eternitas: videt tamẽ
diuinam eſſentiã vnus alio limpidius: qui ſcili
cet hic deum amauit ardentius. Sicut etiaꝫ hic
in preſenti eandem rem cognoſcit vel videt ple
nius ꝗ̃tum ad plures ꝓprietates ꝛ circũſtantiaſ
eius qui acutiorem intellectũ vel viſum habet.
Et hec eſt varietas mãſionum. Videtur autẽ ab
omnibus clare vnitas diuine eſſentie in trinita-
te perſonarum: ꝛ quomodo filius eternaliter ge
neratur a patre per modum verbi: ꝛ ſpiritus ſan
ctus procedit ab vtroqꝫ per modum amoris:
quod myſterium hic credi poteſt ꝛ debet demõ
ſtrari non valet. Unde dixit chriſtus Johã. 17.
hec eſt vita eterna vt cognoſcant. Ecce viſio te
ſcilicet patrem ꝛ quẽ miſiſti ieſum chriſtum ſci-
licet filium tuum. Miſſio eiꝰ eſt incarnatio eius
facta a ſpiritu ſancto: non opere humano: et ſic
notatur trinitas perſonarum: ſolum deum id eſt
vnum deum eſſe tres perſonas dictas: vbi oſtẽ
ditur vnitas eſſentie: hoc videre ꝛ cognoſcere
clare eſt vita eterna: ꝛ de potentia dei ordinata
vna perſona in diuinis non poteſt cognoſci ſine
alia: quia relatiua ſunt ſimul naturali intelligen-
tia: nec perſona ſine eſſentia: ſicut nec hic homo
ſine humanitate: quia eſſentia eſt de conſtituti-
one perſone: nec eſſentia ſine perſonis: quia de-
bemus videre quicquid credimus: nec eſſentia
ſine re: que eſt perſona etiam de potentia abſo-
luta: quia ſunt idem re. De potentia autem abſo
luta dei videtur ꝙ diuina eſſentia poſſit clare
videri ſine hoc ꝙ in ea videatur ratio perſone
cuiuſcũqꝫ: quod multipliciter probatur. ¶ Pri
mo ſic. Ille qui non comprehendit totaliter reꝫ
poteſt ignorare aliquem modum eius ſaltem ra
tione differẽtem ꝛ cognoſcere rationem primã
ſine poſteriori: ſed nullus intellectus creatus co
gnoſcit eſſentiã diuinã ſub om̃i ratione q̃ eſt co
gnoſcibilis: al's nõ poſſet fieri aliqua reuelatio δ
nouo: nec per conſequens comprehendit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Secūdo ꝓbatur ſic:nō plus differunt attribu
ta ad inuicē q̄ȝ eſſentia ⁊ pſona:ſed illa pn̄t ſine ī
uicē cognoſci:alias cōprehenderent̄ ergo ⁊c̄. ¶
Tertio ſic:nō minus differt eēntia a perſona q̄ȝ i-
dea:cū illa ſolū reſpectu ratōnis addat hec realē.
Sed pōt videri eſſentia ſine hoc q̄ videat̄ idea
q2 dicit philoſophus in li.de memoria ⁊ remini
ſcētia q̄ imago poteſt intelligi ſecūdū q̄ quedā
res eſt ſine hoc q̄ intelligat̄ ſcōm qd̄ eſt ſimilitu
do:⁊ multo magis res q̄ nō eſt facta ad hoc q̄ re
pn̄tet:ſicut ē eēntia diuina ergo ⁊c̄. tn̄ vt dictū ē
de potētia ordinata nō videt̄ eēntia diuīa ſine p
ſonis:videt̄ ⁊ in ipō deo ei⁹ attributa: vt potētia
ſapiētia bonitas ⁊ oēs pfectōes:q̄ quidē nō ſūt ac
cidētia vt ī nobis:ſed ſūt ipa diuina eēntia. Nō
oȝ ergo ibi doceri de deo:q2 oēs plene noteſcūt:
etiā minim⁹ magis q̄ȝ hic in mūdo qcūqȝ doctor
ſanctus. Vn̄ Jeremie.31.c.dicit̄ in illo die.ſ. glo-
rie n̄ docebit vnuſqſqȝ ꝓximū ſuū dicēs: cogno
ſce dn̄m.oēs eni ſciēt me a maiori vſqȝ ad mini-
mū dicit dn̄s. Itē videt̄ ſancti in deo viſionē ſuā
ideſt ſe.ſe videre:nā viſio dei eſt pfectiſſima vi-
ſionū:n̄ aūt eēt pfecta:niſi reflecteret̄ ſup ſe:⁊ vi-
dentē potētiā habitū:⁊ oīa ſuper que reflectūtur
viſiones perfecte ⁊ in via.

# Vident et nunc anime

beatoꝝ ⁊ angeli oculo intellectuali in deo huma
nitatē chriſti aſſūptā a verbo in vnitate perſone
Iſaie.33.c. Regē in decore ſuo videbūt:videt̄ et
quomō facta ſit illa vnio:⁊ quomō chriſtus ſit ī
ſacramēto altaris:que in pn̄ti nullus videre pōt:
Et videāt ſancti in deo humanitatē chriſti dicit
duran.eſſe neceſſariū:nā nō eſſet perfecte beat⁹
qui non haberet qd̄ vult: ſed vult quilibet beat⁹
videre redēptorē ſuum etiā ſcōm humanitatem
alias eſſet ingratus nō habēdo iſtā volūtatem.
Poſt reſurrectionē aūt vltimā videbūt ſācti xp̄i
humanitatē:non ſolū oculo intellectuali:ſed etiā
oculo corporali.ſm̄ illō Job.19.c. In carne mea
videbo deū ſaluatorem meū:ſaluabit aūt per hu
manitatē:⁊ q̄ȝuis dānati in vltimo iudicio vide
ant humanitatē xp̄i.ſm̄ illud. Jo.19. Videbūt in
quem cōpunxerūt:tn̄ inde valde cōtriſtent̄:quia
ſicut excellens ſenſibile cōtriſtat:quia ledit orga
num:vnde ſol in ſua ſpera aſpici non pōt ſine af-
flictione:ita nihil ꝓhibet chriſti humanitatē ī ſe
clariſſimā:vnde ⁊ de ſe delectabilē.ſm̄ illud ec-
cleſiaſtici eccleſiaſtes.10.c. Dulce lumē ⁊ delecta
bile eſt oculis videre ſolem ⁊ ſol iuſticie chriſt⁹
deus noſter:tn̄ inq̄ȝtū eius excellens claritas eēt
leſiua diſpoſitōnis organi non glorificati:vt ocu
li dānati:vel ſi lux illa corporis chriſti demulce
at:de ſe cōtriſtet:ſaltem inq̄ȝtū viſio inimici ⁊ no
centis contriſtat valde ipos reprobos:vt dicant
montibus. Cadite ſuper nos:⁊ collibus cooperi
te nos:⁊ abſcōdite nos a facie igni ⁊ ab ira eius.
apoc.6. ¶ Sed glorificati ex tali viſione percipi-
unt magnum gaudiū:qd̄ quidē gaudiū non hn̄t
angeli:quia oculo corporali quem non hn̄t chri
ſti humanitatē videre non poſſunt:in cuius figu
ram legit̄ gen̄.43.c.q̄ Joſeph in conuiuio facto
ſolēniſſimis fratribus dedit beniamin fratri ſuo
vterio.i.ex patre ⁊ matre:vbi alij erāt fratres tn̄
ex parte quinqȝ portōes plus q̄ȝ ceteris. Joſeph
ſignificat chriſtum poſt pharaonē regē egypti.i.
deū regē mundi.primus in regimine mundi ipe
inq̄ȝtū homo ad diſpenſandū frumenta gratiaꝝ
cōſtitutus:cui angeli ſunt fratres ex parte dei pa
tris ſicut ⁊ nos:quia vtroſqȝ deus creauit:nobis
aūt ē frater ēt ex pte matris noſtre.ſ.eue:vnde de
ſcēdimus:q2 ⁊ ex ea ipe humanitatē accepit ſm̄
corpulentā ſubſtātiā ſūptā de virgine. In conui
uio ergo ſuperne viſionis ⁊ reſurrectōis :vbi tot
ſunt epule q̄t gaudia vltra viſionē diuinitatis cō
munē nobis ⁊ angelis dat nobis chriſtus quinqȝ
portiones.i.gloriā qnqȝ ſenſuū corporis quā an
geli nō habent. Videamus chriſti humanitatem
corporaliter corpe ſanctoꝝ celos ⁊ elementa: au
diamus:odoremus:⁊ guſtemus :⁊ palpemus :et
inde gaudeamus.

# Vident quoqȝ ſancti in

deo oīa illa ſine qbus beatitudo eoꝝ nō eēt pfe-
cta ſm̄ pe.de pal̄.in.4.di.49.ar.2.⁊ hec ſūt oīa il
la que naturalit̄ ⁊ licite volūt videre.i.cognoſce-
re vt qdditates ſpēꝝ ⁊ vniuerſi:exiſtētias vero p
ticulariū nō curat hō videre niſi inq̄ȝtū ſua inter
eſt. Vn̄ cognoſcet ēt aīa paruuli baptizati in deo
naturā ⁊ oēs ꝓprietates naturales cuiuſlibet rei
create magis q̄ȝ aliqs philoſophus mūdi:nā nul
lus hic noſcit cōplete naturā ⁊ ꝓpetates reꝝ. Itē
cognoſcēt oīa q̄ videre ē ad decorē ⁊ meritū: et
ſm̄ hoc q pl⁹ meruit:plura videt:⁊ vnuſqſqȝ oēs
ſpēs vniuerſi q̄s naturalit̄ deſiderat ſcire videt:
licet ſine his viſis eēt beat⁹. Itē qd̄ ptinȝ ad vnū
quēqȝ ſpēaliter videt:⁊ ſic inferior pōt aliqd ſci-
re qd̄ ſuperior neſcit:vt ſi fiat oratio ad ſanctū in
feriorē non ptinet hoc ſic ad ſuperiorēȝ ſicut ad
inferiorē:vn̄ nō eſt neceſſe illū ſcire niſi hoc reue
let vt ſecū oret. Itē videt̄ ī deo p actū reflexū vi-
ſionē ſuā ⁊ dilectōem ⁊ fruitionē. Videt̄ in deo
penas dānatoꝝ:⁊ ex cōpatōe euaſionis eoꝝ ma-
gis gratias agūt. Videbūt ⁊ oculo corpali penas
eoꝝ:nō qdē in celo exiſtent] ꝓpter nimiā diſtan
tiā:ſed poterūt ad placitū corporaliter de celo de
ſcendere:nō qdē ſcindēdo celū:ſed nō occupan-
do locū:ſeu p miraculū ⁊ ṽtute diuina erūt duo
corpora ſimul:ſicut exiuit de ſepulchro eo clau-
ſo:videbūt amicos ⁊ ſāctos quos hic habuerūt
in noticia per fidē:ſicut narrat gregꝰ.in dialogo.
4.li.de quodā ſancto qui recognouit aliqs ſan-
ctos in morte ſua ad ſe veniētes q̄s habuerat in
deuotōne. Et ſi ſi obijciatur q̄ oculis vidēs ſpe
culū videt oīa q̄ repreſētant̄ in ipo:licet nō ↄpre
hēdat:quia nullus ſenſus cōprehēdit ſuū obiec-
tū:q2 nec qdditatē apphēdit. Rn̄.q̄ q ↄprehēdit
deū:neceſſario omnia videt in eo: q̄ licet deus
v

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non poſſit eſſe pñs intellectui in rōe obiecti im
mediate qn videatur:cū hoc ſit cum videre foꝛ/
maliter:qȯ cū habere pñtē in rōe obiecti: tñ cuꝫ
viſio dei habeat gradus:ꝛ perfectioꝛ ſit illa qua
videtur in ſe ꝛ oīa in eo q̄ȝ illa que in ſe videtur:
ꝛ nihil in eo pōt ipe ſepñtare per viſionē ſui tñ ſi
ne viſione alioꝝ in illo vel cū viſione iſtoꝝ ꝛ nō
illoꝝ:ſicut ſibi placet:ſecus eſt de ſpeculo:qȯ nō
eſt volūtariū. Sed quō ſancti cognoſcāt ſeu vi/
deant oꝛatōes noſtras vocales vel mētales. Dic
pe. de pal. in. 4. di. 45. ar. 2. q̄ quidā dicūt q̄ i be
atis tā hoībus q̄ȝ angelis ē triplex cognitio. ſ.
naturalis:beata:ꝛ quedā media que dicit̄ reuela
toꝛia. Et ſi querat̄ de pꝛima cognitione. ſ. natura/
li an cognoſcāt per eā oꝛōnes noſtras: ſic dicunt
q̄ nō ſaltē aīe ſepate:cui⁹ rō ē ſm eos:qꝛ natural̄
cognitio anime ſepate eſt cōis bonis ꝛ malis:ſed
mali nō cognoſcūt cogitationes nec facta viroꝝ
ſicut dicit beat⁹ gregō. ſumēs argumētū de aīa di
uitis epulonis:qui ignoꝛabat ſtatū ꝛ facta fratꝝ
ſuoꝝ:ergo nec aīe beatoꝝ cognoſcūt cogitatōes
vel facta viroꝝ. ¶ Si querat̄ vtꝝ beati cognitio
ne beata cognoſcāt oꝛōnes noſtras vocales vel
mentales? dicūt q̄ nō:qꝛ illa q̄ñq̄ȝ cognoſcūtur:
q̄ñq̄ȝ nō pertinēt ad beatā cognitionē:ſed cogni/
tio quā habeāt beati de oꝛationib⁹ noſtris voca
libus vel mentalib⁹ nō ſemp̄ ē in eis:qꝛ añq̄ȝ oꝛe
mus eas nō p̄ecognoſcūt. Nec aliquis ponit q̄
talis cognitio ſit ſemp̄ in eis:qꝛ ſi cognitio taliuꝫ
eēt ſemp̄ in eis:eadē rōne ꝛ cognitio oīm alioꝝū
p̄ticulariū cōtingentiū:ꝛ ſic nō indigerēt q̄ aliqd
eis reuelaretur:qȯ eſt falſū:cū angeli qui nō ſunt
aīabus inferioꝛes p̄ reuelatōem purgentur ab ne
ſcientia multaꝝ rerū: vt patet per dionyſiū. 6. c.
celeſtis ierarchie:ergo talis cognitio nō eſt bea/
ta:ꝛ ſic patet minoꝛ. Maioꝛ p̄bat̄:qꝛ cognitō be
ata eſt vna cognitio ſemp̄ manēs in reſpectu vni
us p̄ncipalis obiecti ſemp̄ eodē mō ſe habētis:ꝛ
ideo ē ipoſſibile q̄ p̄ eā aliquid de nouo cogno/
ſcatur vbi ſit aliqua mutatio:vel in obiecto rep̄/
ſentante vel in ipa actione vel in vtroq̄ȝ:ſed nul/
la hoꝝ eſt ergo ꝛc̄. Si loquamur de cognitōne p̄
reuelatōem:ſic dicūt q̄ oēs beati cognoſcūt oꝛa
tiones noſtras ſiue mētales ſiue vocales que di/
rigunt̄ ad eos:qꝛ ſcdm augū. ad beatitudinē req
ritur q̄ habeat vnuſq̄ſq̄ȝ qȯ vult:nec aliqd inoꝛ/
dinate vult:ſed quilibet recta volūtate vult co/
gnoſcere ea que ad ipm̄ p̄tinent:ꝛ ideo beati qui
bus nulla rectitudo deeſt:volūt cognoſcere oīa
ea que ad eoꝝ beatitudinē p̄tinent:cognoſcūt. ſed
oꝛationes quas ad eos dirigimus ad eos p̄tinēt
tanq̄ȝ ad mediatoꝛes inter nos ꝛ deū: ergo beati
illas oꝛationes cognoſcūt:ꝛ cū hoc nō ſit de co/
gnitōe naturali vel beata: vt p̄batū eſt. Reſtat
q̄ ſit cognitione reuelatoꝛia que p̄tinet ad beati/
tudinem accidētalem. Sed poſſet ſuſtineri con/
tra iſtā opinionē q̄ cognitione etiā beata ſancti
cognoſcerent oꝛationes noſtras:quia illa viſione
ſancti non ſolum vident diuinā eſſentiam:ſed ēt

quicquid ad eos directe pertinet:vt ipimet dicūt
de illa opinione:ſed ad ipos p̄tinent oꝛatōes ad
eos directe:vt etiam ipi dicūt:ergo illas vident.
Nec obſtat q̄ illa cognitio beata non variatur:
qꝛ poſſibile eſt q̄ beat⁹ a pꝛincipio ſue viſionis
ꝛ beatitudinis videt in deo oēs oꝛationes ad ſe
dirigēdas in perpetuū:ꝛ ſic poſtea illa viſio non
mutatur. Nec obſtat ſi dicatur q̄ q̄ȝto aliqd lim
pidius videt deum:tanto plura in ipſo videt. cō/
tingit autē aliquē plus oꝛare ſanctum minus lim
pide videntē deū:ġ ꝛc̄. Dicendū eſt ergo q̄ p̄ma
opinio ſiue p̄pō eſt vera de viſis per ſe perficienti
bus intellectū:ſicut ſūt quidditates creabiles nō
de ſingularibus. Uel poteſt dici q̄ ō nouo ea co
gnoſcit cognitione non intenſa:ſed extēſa ad plu
ra obiecta. Qꝛ aūt dicūt de cognitione reuelato/
ria nō videtur:qꝛ reuelatio eſt nō de his que ſpe
cialiter ad vnūquēq̄ȝ pertinent:ſed de his que ge
neraliter pertinent ad ſtatū eccleſie:de quibus in
via eſt reuelatio p̄phetie:que tamē poſtq̄ȝ ſūt re/
uelata a deo vel ab angelo ſuperioꝛi ſtatiꝫ cogno
ſcuntur cognitione beatifica ſcdm quoſdaꝫ:ſiue
igitur cognitione reuelatoꝛia:ſiue cognitione be
ata ſancti vident oꝛationes noſtras ſcdm oēs. ¶
Ubi etiā ſciendū ſecundū pe. vbi ſupꝛa q̄ oꝛatio
nes ſanctoꝝ ſemp̄ valēt nobis quotienſcūq̄ȝ oꝛāt
pꝛo nobis poſtulando ſimpliciter aliquid fieri p̄
nobis:qꝛ cū voluntas eoꝝ ſit totaliter cōfoꝛmis
voluntati diuine nihil volunt fieri circa nos:niſi
qȯ deus vult fieri:illud qȯ deus vult fieri volū/
tate cōſequēte que eſt volūtas ſimpliciter ſemp̄
ſit. Nec tamen fruſtra orāt p̄ nobis q̄ȝuis nō oꝛēt
niſi qȯ ſciunt deum velle:quia ſicut effectus na/
turales qui tamen volente deo eueniunt:non eue
niunt niſi mediantibus cauſis ſecundis:non p̄p̄t
efficaciam potētie diuine:ſed p̄pter oꝛdinē reb⁹
diuinitus inſtitutum:ſic diuina beneficia deſcen
dunt in nos mediantibus beatis tam angelis q̄ȝ
animabuſ beatis:non p̄pter defectum diuine mi
ſericoꝛdie:ſed p̄pter oꝛdinem diuinum cōſeruā
dum:quo deus vult bonitatem ſuam cōmunica
re inferioꝛib⁹ per ſuperioꝛes. ¶ Ubi etiam ſcien
dum ſcdm pe. vbi ſupꝛa decens eſt:vt oꝛōes no/
ſtras dirigamus ad ſanctos:qꝛ ſm dionyſiuꝫ lex
deitatis eſt infima ad ſupꝛema per media redu/
cere:ſed q̄ȝtū ad dona gratie beati ſunt medij in
ter viatoꝛes ꝛ deum:ergo eis mediantibus via/
toꝛes debent reduci in deum:ꝛ non ſolum maio
ꝛes:ſed etiam mediocres:ꝛ minoꝛes ſancti ſunt
a nobis exoꝛandi propter quinq̄ȝ rationes:quaꝝ
pꝛima eſt:quia aliquando quis habet maioꝛem
deuotionem ad minoꝛem ſanctum:ex deuotōne
autem maxime dependet oꝛationis effectus. ¶
Secundo ad tollendum faſtidium:quia aſſidui/
tas eiuſdem rei faſtidium parit:per hoc autem q̄
alternatim diuerſos ſanctos oꝛamus quaſi in ſin
gulis nouus feruoꝛ deuotionis excitatur. ¶ Ter
tio quia quibuſdā ſanctis datum eſt in quibuſdā
caſibus patrocinari:vt ſancto antonio ad extin/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

guendum ignem qui dicitur infernalis:ꝛ quibuſ
dam alijs ſanctis in quibuſdā alijs infirmitatibꝰ
¶ Quarto vt oībus exhibeatꝛ a nobis honoꝛ de
bitus. ¶ Quinto qꝛ oꝛationibus pluriū impetra
tur:qꝺ non impetraretꝛ oꝛationibus vnius ſcꝺm
illud.multiplicatis interceſſoꝛibuſ largiaris. Ha
bent ergo ſancti in patria triplicem cognitionem
ſeu modū cognoſcēdi res. Pꝛimo in deo. Cū.n.
vident dei eſſentiam in qua relucēt idee oīm cre
aturarū:vt res obiecte in ſpeculo que tamē idee
non differunt realiter ab ipo deo:ſicut differunt
idee.i.imagines artificiatoꝝ in mēte artificis ab
eo ſed ſunt vnū cum diuina eſſentia.differunt au
tem ratione quo ad nos.videntes ſancti diuinaꝫ
eſſentiam vident oīa que pertinēt ad eoꝝ beati/
tudinē:vt quidditates reꝝ ꝛ hiꝰ: vt dictum ē:nō
tn̄ cōpꝛehendūt deū. Et iſta viſio dicitur matu/
tina ſicut ē in angelis que perfectioꝛ ē ſecūda:de
qua nūc dicetur ꝛ clarioꝛ eſt:ſub qua includitur
ipa viſio diuine eſſētie q̄ eſt pfectioꝛ:qꝛ in ea cō
ſiſtit beatitudo. Quidā tn̄ diſtīguūt nomīe appel
lantes viſionē diuine eſſentie in ſe viſionem me
ridianā ꝛ clarioꝛem. ¶ Secundo vident ſeu co/
gnoſcunt ſancti creata cōuertendo intellectū ſuū
ad ſpecies intelligibiles eis inditas ſeu infuſaſ in
egreſſu animaꝝ a coꝛpoꝛibus: ſicut cōcreate ſūt
angelis bonis ꝛ malis in eoꝝ pꝛima cōcreatōne
ſic etiam cunctis hoībus bonis ꝛ malis paruis ꝛ
magnis:cū migrant a coꝛpoꝛe ſpēs intelligibiles
infunduntꝛ oīm ſpēꝝ reꝝ creataruꝫ: ad que ſe con
uertendo per intellectū intelligāt naturas rerum
qꝺ ſanctis cedit ad gaudiū:ꝛ dicitur viſio veſpti
na:malis aūt ad penā nō refrigeriū. ¶ Tertio vi/
dent ſancti aliqua per ſciētiā hic acquiſitā:q̄ vti/
qꝫ non amittitur:ſed remanētibus habitibus ta/
lium ſcientiaꝝ intelligere pn̄t cōcluſiones talium
ſciētiaꝝ per habitus in eos remanentes. Nec eſt
contra qꝺ ait apl's.i.coꝛ.13.ſcientia deſtruetꝛ:ꝛ lo/
quitur de ſtatu beatifico:qꝛ illa deſtructio intelli
gitur quo ad modū ſciēdi qui nō erit qualis eſt ī
mundo:nā hic intelligere non poſſumus:niſi cō
uertendo nos ad fantaſmata ꝛ irradiāte ſuper ea
intellectu agente:ſed ibi nec erūt fantaſmata nec
exercitiū intellectus agentis. Sed de beatitudīe
ſupnaturali qn̄tū ad intellectū agentem poſſet ſic
imaginari qꝫ haberet ibi actū iſto modo:qꝫ ſicut
lux aeri reſpectu caloꝛis ꝛ raritatis eſt ratio acti
ue:ſic reſpectu rei accipiende eſt ei ratio patiēdi
ꝛ diſpoſitio paſſiua:ſic intellectus agēs qn̄uis re
ſpectu cognitionis vie ꝛ naturalis: ſic intellectui
poſſibili rō actiua ſibi impꝛimēs illā p ſpēm vel
īmediate:tn̄ reſpectu cognitionis beatifice eſt eiꝰ
diſpoſitio paſſiua:nō tn̄ qꝛ intelligat. Vel pōt di
ci qꝫ illud qꝺ angelus intelligit per vnū intellec/
tum:illud aīa per duos:vt ſicut non pōt ſentire ni
ſi p cōpoſitionē ex potentia ꝛ oꝛgano ſubiectiue:
ſic nec clare pōt videre deū:niſi per ītellectū poſ
ſibilem īfoꝛmatū agentē q ē lux eius: vel ſic ocu
lus illuminatus videret:ſic intellectus poſſibilis
foꝛmaliter intellectu agente illuſtratus: videtꝛ tn̄
mihi veꝝ qꝫ qꝛ intellectꝰ agēs nō ē pfectio ſimpli
citer:cū nō ſit ī deo nec in angelis qꝫ nō habet be
atificū actum eēntialē nec actiue:qꝛ ſic eſt a ſolo
deo:nec paſſiue:ſed ſolus intellectus poſſibilis:
ſed oīs actus eiꝰ eſt intelligere facere circa natu
raliter intelligibilia nō alia ꝛ in aīa cōiuncta. Nā
qd faciat an aliqd faciat etiā reſpectu naturaliuꝫ
intellectionū non apparet. Cōſtat eniꝫ qꝫ nihil ab
ſtrahit:ſed qꝛ ipē ē oīa facere qꝺ poſſibile eſt fie
ri. Videtur etiā qꝫ ſpēs abſtracte añ ſepationē in
influxu:in ſeparatione anime nullā intellectionē
cauſare pn̄t naturaliter: niſi in virtute intellectus
agentis:in quo apparet īperfectio ſpēꝝ angelica
rū q̄ habēt ꝟtutē intellectꝰ agētis per ſe.

¶ De ſecunda dote anime que dicitur dilectio
ſeu tentō.c.v.

D [d] E ſecunda dote a/
nime que dicitur ſm aliquos dilectio:
ſm aliquos tentio. De dilectione patrie dicitꝛ Je
remie. ¶ Viuit dn̄s cuius ignis eſt in ſyon:ꝛ ca/
minus eius in hieruſalē. Syon interpꝛetatur ſpe
cula ſeu ſpeculatio:ꝛ ſignificat eccleſiā militantē
in qua eſt ignis diuine dilectōis. Hieruſalē inter
pꝛetatur viſio pacis:ꝛ ſignificat eccleſiā triūphā
tem:vbi videtur deus ſumma pax:hic autē p ſpe
culū fidei. In eccleſia aūt triūphāte eſt caminus
ignis.i.abūdantia ꝛ pfectio caritatꝭ:ibi pfectiſſi/
me īpletur illud pceptū.deutro.6.ꝛ luc.10.ꝛ mat.
20. Diliges dominū deum tuū ex toto coꝛde tuo
ꝛ ex tota anima tua ꝛ ex omni mēte tua: qꝛ ſemp
actualiter voluntas fertur in dilectionem dei. Cū
enim obiectū voluntatis in qꝺ fertur p actum di
lectionis ſit bonū cognitū:qn̄ p intellectū repꝛe/
ſentatur volūtati bonū aliqꝺ veꝝ volūtas moue
tur ad ipm amandū:ꝛ qn̄to intellectus ſe repꝛeſē/
tat ſeu oſtendit illud eſſe maius bonū tanto ma/
gis amat:ꝛ ſi cōtinue illud oſtendatur voluntati
per intellectū cōtinue intelligēdo cōtinue amat.
Cū enim in patria ſancti cōtinue videant clare di
uinam eēntiā que ē infinitū bonū:ꝛ bonū vlē in
quo ſunt virtualiter oīa bona: ſicut effectus exi/
ſtunt virtualiter in cā ſua omniūqꝫ reꝝ pfectōneſ
ſicut in deo:non ſicut in creaturis.ſ.cū aliquo de
fectu:ſed ſine aliqua mixtura defectꝰ non pōt vo
luntas non ferri in ipm deū bonū infinitum per
dilectionem ſummā cōtinue nō coacta violēter
ſed tracta naturaliter ꝛ ſupernaturaliter per lumē
gloꝛie. Et hinc eſt qꝫ peccare non poſſunt cū a/
uerti non poſſunt a continua viſione:ꝛ exinde a
dilectione ſūmi boni. Sed in vita pꝛeſenti dum
ſancti deum contēplantur:ꝛ actu conſiderant de
um eſſe ſummum bonum ꝛ guſtant:pꝛo eo tem/
poꝛe non dilabuntur ad alia amanda: qꝛ nō pōt
mens cōtinue deū ſpeculari: ſed opoꝛtet in alijs
occupari dum ad alia extenditur:aliquādo men
ti paſſione obumbꝛata repꝛeſentatur aliqꝺ tpale

bonum:vt magnum pre omnibus diligendũ ꝓpt
vtilitatẽ eius vel delectatõꝫ ſui:⁊ volũtas ſequit
ad illud in ordine amandũ:⁊ ſic deũ offendit :et
contra caritatẽ eius facit:⁊ de caritate patrie in/
telligit ad litterã illud.i.cor.13.Caritas nũq̃ ex/
cidit.hec eſt caritas ꝑfectiſſima que ſm hierony
mũ ad augl.de peni.di.2.in hac vita haberi non
põt: q̃ ſcilicet ſemp actualiter ferat volũtas ĩ de
um.Et auguſtin⁹ in fi.de ciui.dei ait:ibi ſcilicet ĩ
patria vacabim⁹ ⁊ videbimus:videbim⁹ ⁊ ama/
bimus:amabimus ⁊ laudabim⁹.ſ.ex delectione
fruitõis:hoc munus.hic act⁹:hic affectus ſine fi/
ne ſeruat ſine defectu aliquo ordo caritatis:vt ⁊
deus ⁊ vnuſq̈ſq; ꝓximus diligat q̃tũ diligend⁹
eſt:⁊ q maior in gloria:vñ ⁊ in merito magis di
ligat q̃cũq; cõſanguineo vel amico ſuo in mũdo
cant.i.itroduxit me rex ĩ cellã vinariaꝫ.i. ad ſta
tũ glorie:vbi ẽ abũdantia vini diuini amoris:qd
letificat cor hominis:⁊ ordinauit ĩ me caritatem
ideſt ordinatã dedit mihi caritatẽ :qui ĩ pñti pl⁹
⁊ perfectius deũ amauit:plus meruit etiã ſi in vi
liſſimo ſtatu fuit:vt ſeruus ſiue liber ſiue maſcu
lus ſiue femina ſiue laicus ſiue clericus vel reli/
gioſus ſiue ideota ſiue litterat⁹ ſiue prelatus pa/
pa vel rex ſiue ſubditus:⁊ per ↄñs talis in patria
limpidius deũ cõtẽplatur:⁊ magis diligit ⁊ ple/
nius fruitur ⁊ delectatur.

## Sed querunt doctores

in quo actu ꝑncipaliter cõſiſtit beatitudo:vtrũ in
actu intellect⁹ q eſt viſio ſeu cognitio:an in actu
volũtatis qui eſt dilectio quã ſequit fruitio. Re
ſpõdit pe.de pal.in.4.di.49.q.3.ar.2.ſ.ꝙ in pa/
tria ſicut in via eſt duplex felicitas ſcilicet ſpecu/
latiua ⁊ practica: cũ q̇cq̇d perfectionis ſit in via
eminẽtius eſt in patria:loquẽdo ergo de felicita
te cõtẽplatiua illa cõſiſtit in actu intellectus :ñ ſo
lũ ꝑncipaliter aut eẽntialit:ſꝫ ẽt totaliter ad quã
quicũq; actus volũtatis ſiue ſit dilectio ſiue dele
ctatio aut fruitio:nõ ſe habet eẽntialit:ſed nec cõ
ſequẽter nec accñtaliter:q2 nõ põt ſequi aliquis
actus voluntatis intellectũ pure ſpeculatiuũ: ille
enim ſpeculatiu⁹ q nõ dicit de ꝓſeq̇bili vel fugi/
bili nũq̃ mouet:vt dicit in.3.de aĩa.Et inde ẽ ꝙ
habitibus ſpeculatiuis intellect⁹ nullus habit⁹ ꝺ
mũdo corrñdet in volũtate Habitib⁹ intellect⁹
practici:ſicut ꝑtibus prudẽtie corrñdẽt habitus
morales in appetitu.Secũdo poſſum⁹ loqui de
beatitudine ſupnaturali actiua:⁊ illa cõſiſtit in a/
ctu intellect⁹ practici antecedẽtis:ſicut ⁊ oĩs act⁹
volũtatis:⁊ in illo actu dilectõis volũtatis eẽntia
liter :⁊ ĩ actu delectatõis ↄñter :vel ſm rẽ ſi diffe
rũt re:vel ſm rõem ſi differũt rõe tñ. Ciuitas.n.
ſupernoꝝ ciuiũ ⁊ eoꝝ felicitas cõſiſtit in dilectõe
dei ⁊ ſui ⁊ proximi ordinata qualẽ illa requirit:⁊
ſic põt dici beatitudo pax ⁊ regnũ dei: ſed ꝑnci/
palitas eſt penes voluntatẽ:q2 oĩs cognitio pra/
ctica ordinat ad volitionẽ ſicut ad finẽ :q2 finis
practice eſt opus:vt dicit in 2⁹ methaphyſice. ¶

Tertio ſi loquamur de beatitudĩe ꝓut dicit ſta/
tũ aggregatũ.Ex iſta duplici felicitate ſic cõſiſtit
in actu vtriuſq; eẽntialit:ſed in actu intellect⁹ ꝑn
cipaliter:q2 illud qd eſt melius in toto aggrega/
to ẽ principalius:hi⁹ aũt eſt felicitas cõtẽplatiua
nõ actiua:cũ iſta ſit ꝓpter illã ſm philoſophũ:vñ
cũ beatitudo ſit finis ⁊ nõ ad opationẽ:ſicut ad fi
nẽ hoc ẽ differẽter:q2 beatitudo cõtẽplatiua eſt
oĩm actionũ finis ſui generis ⁊ alioꝝ:vñ eſt ſim/
pliciter finis a quo:licet non ſit finis gratia huius
q2 hoc eſt ipm obiectũ: ſed beatitudo actiua eſt
finis actionũ practicaꝝ:ſed nõ oĩm ſimplicit :im
mo ipa ordinat ad cõtẽplationẽ que ſine illa poſ
ſet turbari.Dilectio ĝ dei in practica licet nõ or/
dinet deũ in aliud:tamẽ ipſamet ordinatur in vi/
ſionẽ:ſicut minus bonum vnius ſubiecti ad ma/
ius aliud bonũ eiuſdẽ. Sed in hac deductõe du
biũ eſt ꝙ illa beatitudo ſumma nõ habet fruitio
nẽ annexã:ſed beatitudo minor actiua:cũ tñ di/
cat philoſophus ꝙ cõſideratio ſapiẽtie habꝫ mi
rabiles delectationes ⁊ puriſſimas:ſed forte illõ
non eſt niſi mediãte actu practico:qui dicit deuꝫ
eſſe ſummũ bonũ:vnde ſumme amãdũ aut hi⁹.
¶ Sed cõtra primã cõcluſionẽ arguitur ſic. Illa
potẽtia que eſſentialiter pertinet ad imagineꝫ ha
bet actũ qui ẽ de eſſẽtia beatitudinis:q2 beatitu
do ẽ dei ĩmediata hitio:eo aũt aĩa ad imaginem
dei eſt:quo eius capax ⁊ particeps eẽ põt:ſed vo
lũtas eſt eſſentialiter pars imaginis ĝ ⁊c. Si di/
catur ꝙ maior habet inſtãtiã in intellectu agẽte
qui eſt pars imaginis:nec habet actũ in beatitu/
dine.Dicendũ ꝙ maior ꝓpoſitio intelligit ꝺ po/
tentia paſſiua:cũ beatificari ſit pati ⁊ recipere. R
ꝙ iſta rõ bñ cõcludit ꝙ actus volũtatis ẽ de eẽn
tia beatitudinis actiue que ẽ in pria cõſiſtẽs ĩ di/
lectione dei ⁊ ꝓximi ⁊ ſui:non enim caret illa ci
uitas supernoꝝ felicitate politica.cõcludit etiam
dicta ratio ꝙ eſt de eẽntia beatitudinis integre ⁊
ꝑfecte:ſed nõ cõcludit ꝙ ſit de eſſentia felicitatꝪ
pure ſpeculatiue:que fuit ꝑma cõcluſio.¶ Item
cõtra ſcdam cõcluſionẽ arguitur ſic:actus q ſem
per eſt debitus nõ ẽ ꝺ eẽntia beatitudinis patrie
quia iſte habet rõem meriti:ille rationẽ premij ⁊
ꝓmiſſi ⁊ mercedis:que nõ ẽ debita a merente ſꝫ
merenti. Nullus eniꝫ reſpectu eiuſdẽ ẽ ſiml' ⁊ de
bitor ⁊ creditor:ſed dilectio dei tam in via q̃ in
patria eſt debita ſcdm illud Ro.6.Nemini quic
q̃ꝫ debeatis:niſi vt inuicẽ diligatis.non enim po
teſt hõ tñ diligere deũ:quin adhuc debeat: pre/
terea actus qui cadit ſub precepto ſemp eſt debi
tus:q2 preceptũ obligat. Illud aũt preceptũ dili
ges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊c. maxime
impletur in patria. Precepti autem impletio eſt
debiti ſolutio ergo ⁊c.Dicendo ꝙ actus volũta/
tis non ſit de eſſentia beatitudinis ſpeculatiue cõ
ceditur:ſed de practica vel aggregata beatitudi/
ne que ſcilicet cõplectitur ⁊ viſionem ⁊ dilectio/
nem ꝙ non ſit de eẽntia eius falſum eſt.Ad argu
mentum reſpondeo ꝙ caritas meretur augeri:vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aucta mereat̃ perfici:ꝛ tamẽ qñ auget̃ elicit actũ
qui ẽ debit⁹.reſpectu caritatis que nũc eſt: qꝛ qñ
creſcũt dona creſcũtꝛ rões bonoꝝ.Et cũ hoc eſt
merces ꝛ p̃miũ reſpectu act⁹ caritatis ꝗ ipm̃ pro
meruit.Sil'r ſi dilectio dei in patria ẽ debita ab
illa caritate ꝑfecta:qꝛ debet diligere q̃ʒtũ põt:et
tunc tm̃ põt ꝗ ꝛc̃.Et eſt merces reddita reſpectu
meriti qͦ p̃ceſſit.Et idẽ poſſet dici de illa viſio
ne:qꝛ ex quo põt:tenet̃ cogitare q̃ʒtũ põt.Scien
dũ eſt ꝙ oꝑatio q̄ eſt eẽntia beatitudinis ſpecula
tiue nõ ẽ ꝓpter aliquã vnã oꝑationẽ:qꝛ finis ſpe
culatiue nõ ẽ niſi veritas:ſed operatõ que ẽ eſſẽ
tia beatitudinis practice ẽ ꝓpter ſpeculatõnem:
ſicut felicitas actiua ẽ ꝓpter ꝯtẽplatiuã.q̄libet ãt
ꝑ ſe ſũpta ꝓpter aggregatũ ex vtraqꝫ:ſicut q̄libet
ps eſt ꝓpter totũ:vt aĩa ꝓpter hominẽ ꝛ nõ ſoluʒ
corp⁹.¶ Cõtra tertiã ꝯcluſionẽ ſupra poſitã.ſ.ꝙ
beatitudo reſultãs ex ſtatu aggregato:ex ſpecula
tiua ꝛ practica arguit̃ ſic.Beatitudo conſiſtit in
optima oꝑatione:ſed optĩa oꝑatio nõ eſt niſi vna
qꝛ differẽtia ſpẽ ſũt magis ꝛ minus ꝑfecta ꝗ ꝛc̃.
Reſpõdeo ꝙ verũ ẽ ꝙ cõſiſtit in optĩa oꝑatõne
potẽtie beatificabilis:ſed illa potẽtia ẽ duplex:ꝗ
in duplici:qꝛ beatitudo nõ ẽ aliq̄d vnũ ſimplicit̃
nec pars ſʒ aggregatũ.Eſt.n.ſtat⁹ oĩm bonoꝝ ag
gregatõne ꝑfect⁹:ꝛ ſimiliter ꝙ cõſiſtere ĩ actu ex-
cellẽtiſſime potẽtie verũ ẽ que ẽ hoĩſ vt hõ ẽ:illa
aũt duplex nõ vna tm̃.ſ.appetit⁹ rõnalis ꝗ dic̃ in-
tellectũ ꝛ volũtatẽ.Quia de beatitudine aggrega
ta ex actiua ꝛ ſpeculatiua dictũ ẽ ꝙ talis beatitu-
do cõſiſtit p̃ncipaliter ĩ intellectu:hoc ideo: quia
potentia intellectus ẽ ſimpliciter nobilioꝛ volun
tate:ꝛ actus intellectus ẽ nobilioꝛ actu volũtatis
qͦ ſic ꝓbat pe.de pal'.in.4.di.49.q.3.ar.1. quia
illud ex cuius cõformitate aliq̄d habʒ totã boni
tatẽ ſuã ẽ nobilius illo ſimpliciter :ſicut menſura
mẽſurato:qꝛ ꝓpter qͦ vnũquodqꝫ tale ꝛ illͦ ma
gis:ſed voluntas non habet aliquã bonitatẽ niſi
ex cõformitate ad intellectũ nec naturalem:cum
non poſſit exire in actũ:niſi preſentatione obiec-
ti ꝑ intellectũ:nec moralẽ cũ etiã agens cõtra ra-
tionẽ erroneã peccet ꝛc̃.Sed ꝙ nõ ſufficiẽter ꝓ
batur ꝙ intellectus ſit nobilioꝛ volũtate ex hoc
ꝙ eſt eius regula:arguitur ſic in cõtrariũ:ſic ẽ vo
luntas regula intellect⁹ ſicut ecõuerſo :qꝛ qualis
eſt vnuſq̄ſqꝫ ſcdͦʒ affectũ:talis finis videt̃ ei ſecũ
dũ intellectũ:virtutes.n.morales faciũt rectam
eſtimatõʒ de fine:ſed prudentia de his que ſunt
ad finẽ.Reſpõdetur ꝙ volũtas non regulat̃ ne-
ceſſario:ſicut ecõuerſo facit intellectus: ſed libe-
re regulat.Sed cõtra hoc:qꝛ volũtas per affecti
onem mouet fantaſmata ad repreſentãdũ aliq̄d
ſcdͦm ſuã affectionẽ ꝛ illud mouet intellectũ ne-
ceſſario:qꝛ nõ põt iudicare bonũ ꝙ fantaſma ñ
repreſentat niſi vt malũ.Sed reſpondeo ꝙ nõ ẽ
ſimile:qꝛ intellectus eſt per ſe ꝛ pͦ ĩmediata regu
la neceſſaria volũtatis.ꝛ ꝙ intellectus per ſe ſit
regula:hoc oẽs cõcedũt:ꝛ primo:qꝛ oẽm actum
volũtatis precedit actus intellectus ꝛ ĩmediate
ꝛ neceſſario:qꝛ ab vltimato iudicio intellect⁹ nõ
põt volũtas reſilire:ecõuerſo aũt volũtas non re
gulat ĩtellectũ niſi per accidẽs:qꝛ ideʒ nõ eſt ꝑ ſe
regula ꝛ regulatũ reſpectu eiuſdem:ꝛ pari ratõe
non regulat pͦ nec ĩmediate:ſed mediante fantaſ
mate:nec neceſſario niſi ꝓut intellectus ſibi p̃fi-
git ideo ꝛc̃.¶ Secũdo arguit̃ ſic :fantaſma regu
lat intellectũ: vñ qñ ſunt bona fantaſmata ꝛ be-
ne ordinata:tũc bñ iudicat intellect⁹: qꝛ molles
carne dicimus aptos mẽte ſm̃ philoſophũ.quan
do aũt diſtorta ꝛ perturbata vt in pueris ebrijs
dormientibus ꝛ freneticis:tũc male iudicat intel
lectus:ſed fantaſma nõ ꝓpter hoc eſt dignius in
tellectu ꝗ ꝛc̃.Rñdetur ꝙ fantaſma regulat ſerui
liter ꝛ inſtrumẽtaliter: intellectus aũt p̃ncipalit̃
ꝛ denominatiue.Et ſi dicatur contra:qꝛ qͦ regu
gulat coactiue ꝛ effectiue plus regulat p̃ncipalit̃
etiã dñatiue q̃ʒ illud qͦ ſolũ regulat oſtẽdẽdo
cũ libertate eius cui oſtendit̃ ſequẽdi vel fugien
di.¶ Primo aũt mͦ fantaſma mouet licet virtu
te intellect⁹ agẽtis.¶ Secũdo mͦ intellect⁹ mo
uet volũtatẽ iͦ ꝛc̃.Ad hoc dicũt quidã ꝙ liber-
tas eſt nobilius in intellectu q̃ʒ in volũtate :quia
ibi radicaliter:hic formaliter.Sed cõtra hoc di-
ctũ eſt:qꝛ ꝑfectio ſimpliciter ibi eſt nobilius vbi
eſt formaliter:qꝛ ſimpliciter melius eſt eã habe-
re formaliter q̃ʒ non habere.Unde dicendũ me-
lius.ſ.ꝙ libertas ita eſt formalis in intellectu ſic̃
in volũtate:ꝛ cũ hoc prius ſeu plus:ꝛ cauſalit̃ et
radicaliter ẽ in intellectu.Nunq̃ʒ enim aliq̄s ac-
tus eſt liber in volũtate niſi ſit liber in intellectu
ꝛ cũ hoc libertas actus volũtatis eſt ex libertate
actus intellectus cõcurrẽtis.vnde illa ſolũ poſſu
mus non velle que poſſumus iudicare non volẽ
da vt finem:immo plus:qꝛ qñ iudicamus aliq̄d
vltimate eligendũ neceſſe habemus eligere pro
tunc:ꝛ illi iudicio non ineſt neceſſitas:niſi ex ſup
poſitione ſui ipſius.Electioni aũt ineſt neceſſitaſ
ex ſuppoſitione iudicij:qꝛ ante iudicium nõ erat
neceſſe eligere quocũqꝫ alio poſito.ſed ante elec
tionem neceſſe erat eligere iudicio ſuppoſito vl-
timato:ſaluo tñ intellectu articuli ad iſtã materi
am.Item ꝙ volũtas ſit nobilioꝛ intellectu argu
itur ſic.Illud quo ſimpliciter ſumus boni ꝛ cui⁹
malicia eſt peioꝛ eſt nobilius: huiuſmodi autem
eſt voluntas.Nam bonitas moralis que eſt per
virtutes in voluntate que facit bonum ſimplicit̃
ſcire autem parum aut nihil facit ad virtutem:ꝛ
odium dei ẽ grauī⁹ infidelitate ꝗ ꝛc̃.R̃.volũtas
eſt quid vtilius in genere:ſed propter hoc eſt no
bilius in genere nature:ſicut viſus ẽ nobilioꝛ gu
ſtu:ille tamen magis neceſſarius.Inhoneſta enĩ
noſtra quandoqꝫ maiorem neceſſitatem habent
ꝛ ꝓpter hoc ſoluit̃ de merito ꝛ huiuſmodi.Item
ꝙ beatitudo cõſiſtat principaliter in actu volun
tatis ꝓbatur ſic:beatitudo conſiſtit in actu nobi-
liſſimo:ſed actus voluntatis eſt nobilioꝛ actu in
tellectus ergo ꝛc̃.Maioꝛ patet ex primo ꝛ deci-
mo ethicorum.Minoꝛ probatur:quia ille actus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt nobilioꝛ in quo ⁊ ſecūdū quē ſumus liberi ꝙ̄
ille ſecundū quem nō habemus libertatē: ſed ſe
cundū voluntatem ſumus liberi: non aūt ſecun/
dū actū volūtatis qui neceſſitatur ab obiecto ḡ
⁊c̄. Reſpōdetur per interemptionē minoꝛis: qꝛ
actus volūtatis non eſt nobilioꝛ ꝙ̄ actus intelle/
ctus: ſed ecōuerſo: vt ꝓbatū eſt: ⁊ cū dicit̄ ꝙ act⁹
voluntatis eſt liber non actus intellectus. Dicen
dum ꝙ libertas pōt ſumi dupliciter: vno mō pro
ut opponitur coactioni: ⁊ ſic intellectus ē liber in
intelligendo: ſicut volūtas in volendo: qđ patet:
quia illud ſolū eſt coactū qđ eſt cōtra inclinatio/
nem rei: ſed nullū intelligere eſt contra inclinatio
nem intellectus: īmo eſt ſcđm inclinationē eius.
Naturaliter.n.intellectus inclinat̄ ad intelligen
dū: cū intelligere ſit ſua perfectio: ergo impoſſi/
bile eſt ꝙ intellectus in intelligendo cogat̄: ſicut
nec volūtas in volendo: īmo breuiter nulla po/
tentia nec cognitiua nec appetitiua reſpectu pro
prij actus poteſt cogi: qꝛ nec hoc inuenitur in po
tentijs naturalib⁹. Nō.n.cogitur ignis ad caleſa
ciendū: nec graue ad deſcēdēdū nec viſus ad vi/
dendū. Semꝑ enim coactio eſt cōtra naturā rei.
⁊ qꝛ pōt cōtingere ꝙ intellectus aſſentit rei ali/
cui: cuius oppoſitū volūtas magis acceptaſſet: ⁊
iō volūtas hec cogitur actu imperato nō actu eli
cito ꝗtenus hoc ſit cōtra eius inclinatōem. Non
aūt intellectus cuius inclinatio eſt ad oīa intelli/
gendū. Alio mō ſumitur libertus ꝓut opponitur
neceſſitati: ⁊ ſic non opoꝛtet ꝙ actus ſit nobilioꝛ
q eſt liberioꝛ: alioquin liberius eſſet in deo vel/
le alia a ſe ꝙ̄ velle ſeipm: ⁊ in nobis eſſet nobili/
oꝛ volūtas eoꝝ que ſūt ad finē: ꝗ volumus libe/
re ꝙ̄ volūtas finis: quē neceſſario volum⁹ ꝗ oīa
ſūt falſa. Et iteꝝ ſi ꝓpter libertatē poneret̄ felici
tas ī actu volūtatis: deberet poni in actu libero ñ
in actu neceſſario: ſed act⁹ volūtatis reſpectu dei
in patria eſt neceſſarius ⁊ nō liber ſiue diligēdo
deū amoꝛe beniuolētie ſiue fruendo deo amoꝛe
cōcupiſcētie: ḡ ī nullo actu volūtatis in patria cō
ſiſteret beatitudo. Itē nec illud ē veꝝ ꝙ intellec/
tus nō ſit liber ſic̄ volūtas. licet enī intellect⁹ ne/
ceſſitetur ꝗ ad ꝑ̄ma ꝑ̄ncipia ꝗ de ſe cōtinent cla/
ram veritatē: nihilomin⁹ nō neceſſitatur reſpec/
tu oīm que deducūtur ex ꝑ̄mis ꝑ̄ncipijs: ſed qui
buſdā libere aſſentit exceptis his que hn̄t neceſ/
ſariā deductōem ex ipis. Similiter neceſſitatur
volūtas reſpectu finis: ſed libertatē hꝫ in his ꝗ
ſūt ad finē: ḡ tot modis ē intellectus tā practicus
ꝙ̄ ſpeculatiuus in iudicādo liber ꝗt modis volū
tas eſt libera in elicīēdo. Qꝛ aūt cōſueuit dici ꝙ
volūtas impat intellectui ⁊ oībus viribus aīe nō
eſt ſic intelligēdum ꝙ pōt: ſic̄ ſupius ſuo inferio/
ri: īmo potius ē data inclinatio intellectui ad ꝑ/
ſecutionē ſue ꝑfectionis naturalis: ſicut dictū eſt
de appetitu reꝝ naturaliū q datus eſt eis ꝓpt̄ ſue
ꝑfectionis naturalis inclinatōem: vn̄ ſicut ibi ap
petitus nō impat foꝛme motus: ſed eſt inclinatio
ꝯn̄s rē ꝓpter ꝯſ̄dā ⁊ obſeruādā eius ꝑfectionē

ideo ꝓpter hoc non dici pōt ꝙ ſit aliqđ nobiliuſ
foꝛma rei vel eius opatione: ſic volūtas ē inclina
tio data. Cū aūt oīa que hic amantur amentur, ī
ꝙ̄tum bona apparētia vel exiſtentia: qm̄ omnia
bona reperiuntur in deo perfectiſſimo mō: ⁊ iō
ſumme amandus: vt ꝑueniatur ad poſſidēdū eū
in patria: vbi ꝑfecte amatur: ⁊ nil dulcius amoꝛe
dei: nil vtilius: nil honeſtius. Vn̄ auguſ. in li. con
feſſ. oīa quibus aliqđ cōſtat ⁊ nō ſunt oīa ſimul
plus delectāt oīa ꝙ̄ ſingula ſi poſſint ſentiri oīa:
ſed longe melioꝛ eſt illiſ deus qui fecit oīa: ſi pla
cent coꝛpoꝛa deū ex illis lauda: ⁊ in artificē eoꝝ
retoꝛque amoꝛē: ne in his que tibi placēt tu diſ/
pliceas. Si placent aīe in deo amentur: qꝛ ⁊ ipſe
mutabiles ſunt ⁊ in deo ſtabiliuntur fixe: alioqn
irent ⁊ perirent. In illo ergo amētur ⁊ rapere ad
eū tecū quas potes: ⁊ dic eis hūc amemus ipſe fe
cit hec ⁊ non eſt longe: non enim fecit ⁊ abijt: ſed
ex illo ⁊ in illo ſunt. Ecce ibi eſt vbi ſapit veritas
intimus coꝛdi eſt: ⁊ coꝛ errauit ab eo. redite ꝑ̄/
uaricatoꝛes ad coꝛ ⁊ inherete ei qui fecit vos: ſta
te cū eo ⁊ ſtabitis: requieſcite in eo ⁊ quieti eritiſ.
Quo itis in aſpera quo itis: non eſt reqes vbi eaꝫ
queritis: beatā vitā queritis in regione moꝛtis. ⁊
quō eſt vita beata vbi non eſt vita. Sed deſcen
dit huc ipſa vita veſtra. ſ. ex dilectione ad nos et
tulit moꝛtem veſtram ⁊ occidit eam ⁊ tenuit cla
mans vt redeamus ad eum: ⁊ diſceſſit ab oculis
vt redeamus ad coꝛ ⁊ inueniamus eū hec ille ꝑ
dilectionē inuenitur. Idem in ſecūdo li. cōfeſſ.
Domine deus ſuperbia celſitudinē imitatur: cuꝫ
tu ſis ſuper omnia excelſus: ⁊ blādicie amari vo
lunt: cum nihil ſit tua caritate blādius: ignauia q
etem appetit ⁊ que quies: certa preter te luxuria
ſacietatē: ⁊ tu es plenitudo ⁊ indeficiēs copia in/
corruptibilis ſuauitatis. Auaritia multa poſſidet
⁊ tu poſſides omnia. Inuidia de excellentia liti/
gat: te aūt quid excellētius. Ira vindictā querit:
te autē iuſtius quid vindicet. Triſticia reb⁹ amiſ/
ſis contabeſcit: quia ita nollet ſibi ſicut tibi: nihil
pōt auferri: ita foꝛnicatur anima cum auertit̄ abs
te: ⁊ querit extra te que pura ⁊ liquida non in/
uenit: niſi cum redierit ad te. peruerſe te imitant̄
oēs qui longe ſe faciunt a te: ⁊ extollunt ſe aduer
ſum te: ſed etiam ficte imitando iudicant te crea
toꝛem eſſe oīs nature: ⁊ ideo non eſſe quo oīa
recedantur a te: hec iſte. Ex his habes ꝙ in om/
nibus vitijs querit homo ⁊ amat bonum ſed ap
parens falſum ⁊ non verum: ſed omnia illa bona
que vitia falſo repromittunt: vt vtilitatem quo
ad auariciam: delectationem quo ad luxuriam ⁊
gulam: excellentiam quo ad ſuperbiam: ⁊ ſic de
alijs omnia vere ⁊ perfecte ſunt in deo: ⁊ ideo ſū
me amandus vt veniatur ad dilectionem patrie
quo nil ſuauius. Idem in li. i. confeſ. Magnus es
domine ⁊ laudabilis valde: ⁊ ſapientie tue nō eſt
numer⁹. Tu excitas vt lauderis quia feciſti nos
ad te: ⁊ inquietum ē coꝛ noſtrum donec requie/
ſcat in te. Quid ergo es domine deus: quid rogo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

niſi dñs deus:ſumme:optime:potentiſſime:pul/
cherrime:ſtabilis ⁊ incōprehēſibilis. Immuta/
bilis:mutās omnia:nunq̄ꝫ nouus:nūq̄ꝫ vetꝰ:inno
uans oīa ⁊ in vetuſtatē ꝑducens ſuperbos:⁊ ne/
ſciunt. Semp agens:ſemp quietus:colligēs ⁊ nō
egens:portans ⁊ īplens:protegēs:creans ⁊ nu
triens:⁊ ꝑcipiēs.querēs cū nihil deſit tibi: amas
nec eſtuas:zelas ⁊ ſecurus es:penitet te ⁊ nō do/
les:iraſceris ⁊ trāquillus es:mutās opa:nec mu/
tans cōſiliū:recipis que non inuenis :⁊ nūq̄ꝫ ami
ſiſti. Nūq̄ꝫ inops ⁊ gaudes lucris. Nūq̄ꝫ auarus
⁊ vſuras exigis. Sēper erogat tibi vt debeas.
Et qs habet q̄cq̄ꝫ non tuū. Reddis debita nulli
debēs:donās debita:nihil perdens:⁊ q̄d diximꝰ
deus meus:vita mea:dulcedo noſtra ſācta. Quis
dabit mihi vt venias in cor meū:⁊ inebries illō
vt obliuiſcar mala mea:⁊ vnū bonū meū ample
ctar te. Quid tibi ſuꝫ ipe:vt amari te iubeas a me
⁊ niſi faciā iraſcaris mihi:⁊ mineris ingentes mi
ſerias. Dic dic dñe deus meus :q̄d mihi ſis :dic
aīe mee ſalus tua ego ſū. Hec ille Augꝰ.in.x.cōfeſ.
oēs btē vitē volumꝰ. Beatꝰ āt nec ille ē:q2 nō hꝫ
qō amat q̄lecūq̄ꝫ ſit:nec q hꝫ qō amat ſi noxiū ſit
neq̄ꝫ q nō amat qō amādū ē:cū ſit optimū:nā et q
appetit qō adipiſci nō pōt cruciat: ⁊ q adeptꝰ ē
qō adipiſcēdū nō eēt:egrotat. Reſtat g̃.4. vbi
vita beata inueniri queat:cū.ſ.id qō eſt hominiſ
optimū ⁊ amatur ⁊ habetur. Qd ē hominis opti
mū tale eē debet qō nō amittat inuitus. Virtus
certe aīam facit optimam:⁊ que ad beatitudineꝫ
ducit. Si aūt virtus ducit ad beatā vitam:nihil
virtutē eſſe affirmauerim niſi ſummū amorē dei
Nam ⁊ illud qō v̄tus quadriptita dicit̃ ex ipiuſ
amoris vario effectu dicitur. Eſt.n.tpātia amor
integruꝫ ſe prebens ei quod amatur. Fortitudo
amor facile tolerans omnia propter id qō amat̃
Iuſticia amor ſoli amato ſeruiēſ ⁊ ideo recte do
minās. Prudētia amare ea qbꝰ adiuuat̃ ab eis a
qbꝰ īpēdit̃ ſagaciter eligēſ:ſꝫ hūc amorē nō cuiuſli
bet rei: ſed dei eſſe diximus ideſt ſummi boni:
ſumme ſapientie:ſumme concordie. Eſt eniꝫ ca
ritas ſimplex ⁊ pura:que ſpiritu ſancto eſt inſpi/
rata:perducitur ad filium per quem cognoſcit̃
pater:⁊ infra. Si deus eſt ſummum bonum ho/
minis:nihil eſt aliud homini bene viuere q̄ꝫ de/
um toto corde tota mente tota anima diligere a
quo exiſtit:vel incorruptus in eo amor cuſtodia
tur:quod eſt temperantie:nullis frangatur incō/
modis:quod eſt fortitudinis: nullis alijs ſeruiat
quod eſt iuſticie:vigilet in diſcernendis rebuſ ne
fallacia ſubrepat:quod eſt prudentie. Hec ē ho/
minis vna perfectio qua ſola impetratur vt veri
tate perfruatur. Hec Augꝰ.

De tertia dote aīe.ſ.fruitōne q̄ ē delectatio ſeu
gaudiū qō hñt ſancti de deo viſo ⁊ amato.c.6.

## De fruitione que po

nitur.3.dos anime. Fruitio ſecundum
pe.de pal̃.in.4.di.49.q.4.ſm cōmunem opini/
onē docto.eſt vna de dotibus anime ⁊ aurea eſſē
tialiter. Hec fruitio eſt delectatio ſeu gaudiū :qō
habent ſancti de deo viſo ⁊ amato ꝑut diſtingui
tur contra dilectionem que eſt alia dos. Et ō gau
dio ſuperne patrie plene ſunt ſcripture:⁊ propter
ipam ſummam delectationeꝫ aſſimilatur ille ſta
tus rebus multum delectabilibus:vt cene nuptijſ
conuiuijs ⁊ huiuſmodi:⁊ quo ad animas beato/
rum eſt laus mentalis dei poſtea reſumptis cor/
poribus etiam vocalis. Unde Iſaie dicitur:gau
dium ⁊ leticia inuenietur in ea gratiarum actio ⁊
vox laudis. Huius autem fruitionis obiectū nō
ſolum principale:ſed etiam īmediatum eſt deus
ſcōm q̄ in ſe eſt ſummum bonum amatum ſuper
omnia amore amicitie ⁊ non viſio ipſius dei:vt
quidam dicunt. Et hoc patet quatuor rationibꝰ.
¶ Primo ſic ſi īmediatum obiectum fruitionis
nō eſſet deus:ſed viſio dei:ſequeretur q̄, inter vi
ſionem ⁊ delectationē caderet actus medius re
flexus:hoc eſt falſum:vt probatur ergo ⁊c̃. Ma
ior patet :quia delectatio non poteſt eſſe niſi de
obiecto cognito. Si ergo viſio dei eſſet immedi
atum obiectum delectationis:ſequeretur q̄ ipſa
viſio eſſet cognita:ſed viſio dei non poteſt eē co/
gnita per actum reflexum quo videmus nos vi/
dere ergo ⁊c̃. Minor probatur:quia bonitas dei
ſumma ⁊ infinita viſa eſt prius a beato q̄ꝫ boni/
tas viſionis que eſt finita:ſed voluntas nō poteſt
ferri actu deſiderij in ſummū bonū ſibi preſenta
tum per modum abſentis in via:g̃ ⁊ ſimiliter nō
poteſt ipa non ferri actu delectatōnis in ſummū
bonum preſens in pāria:prius ergo voluntas de
lectatur in deo q̄ꝫ cognoſcatur ipa viſio:ergo co/
gnitio viſionis non cadit media inter viſionem
dei ⁊ delectationem ſequentem:⁊ hec fuit minor
¶ Scdō idē ꝓbatur ſic.in omni delectatione ⁊
dilectione alicuius ⁊ habitione vel aſſecutione
eius quando habitum eſt magis dilectum q̄ꝫ eiꝰ
habitio:tunc ipm habitum eſt obiectum imme/
diatum tam dilectionis q̄ꝫ delectationis ⁊ nō ha
bitio eius:ſed in dilectione ⁊ delectatione patrie
que ſunt de deo habito:ipm habitum ſcilicet de
us eſt magis dilectum q̄ꝫ habitio eius ſcilicet vi
ſio:ergo immediatum obiectum delectationis ⁊
dilectionis eſt deus ⁊ non viſio per quā habetur
Maior probatur dupliciter.ſ. ratione ⁊ exēplo.
ratione probatur ſic:illud quod magis amatur ī
mediatius amatur:ſicut finiſ magis amatur q̄ꝫ ea
que ſunt ad finem:⁊ ſimiliter immediatius ama
tur q̄ꝫ in aſſecutione finis ſit oppoſituꝫ :idem pa
tet per exemplum:quia enim magis diligo guſtū
vini q̄ꝫ ipm vinuꝫ:quia non diligo vinum niſi vt
guſtum:ideo immediatum obiectum huius dile
ctionis eſt guſtus vini non vinum. Ecōtrario qñ
habeo amicum preſentem:ipe amicus eſt magis
dilectus q̄ꝫ eius habitio vel preſentia :⁊ ideo eſt
immediatum obiectum dilectionis ⁊ delectatio
nis:⁊ ſic patet maior. Minor etiam patet :quia



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

niſi deus habitus magis amaret̃ ꝗ̃ habitio ei⁹
eēt peruerſus amor qui in patria locū nō habet
ideo ⁊c. ¶ Tertio ſic ꝓbatur: q̄ꝛ illud qđ eſt īme
diatum obiectū ſumme cognitionis ⁊ ſūme dile/
ctōis ē īmediatū obiectū ſūme delectatōis: ſʒ de⁹
eſt huiuſmodi ⁊ nō aliquid creatū: ideo ⁊c. Ma
ioꝛ patet: q̄ꝛ voluntas ⁊ oīs appetit⁹ delectatur
in eo qđ ſumme amat. Minoꝛ ſimiliter patet: q̄ꝛ
deus ē īmediatū obiectū cognitionis ⁊ dilectio/
nis ſumme: ergo ⁊c. ¶ Quarto ſic. illud eſt īmedi
atum obiectum fruitionis qđ eſt īmediatū obie/
ctum caritatis a qua fruitio dicitur: cū idem ſit i/
mediatuʒ vel mediatū obiectū habitus ⁊ actus:
ſed īmediatū obiectū caritatis eſt deus ſolus ⁊ n̄
aliquid creatum in via vel in patria: ergo īmedi
atum obiectū dilectionis vel fruitionis eſt ſolus
deus. ¶ Sciendū ꝙ amare ſcđm philoſophum
in ſecūdo rhetoꝛice eſt velle alicui bonū ſibi vel
alteri: hoc aūt fit dupliciter: vno mō vult aliquis
bonū alicui ꝓpter bonū ipſius amati: ſicut diligi
m⁹ virtutes honoꝛes ⁊ hi⁹ alia amico nō ꝓpter
aliqđ bonū nr̄m ſʒ ꝓpt̄ bonū ipſius amici: ⁊ dici/
tur hic amoꝛ amicitie. alio mō vult aliquis bonū
alicui ſeu amat quis aliquid ꝓpter bonum ipſiuſ
amantis: ⁊ ſic amatur vinū pecunia ⁊ huiuſmodi
quia delectabile eſt vel vtile: vnde ⁊ bonum ipi
amanti ⁊ dicitur amoꝛ cōcupiſcētie. Pe. de pal.
ſic diſtinguit. Cum amare ſit velle bonuʒ alicui:
ideo amans fertur per amoꝛem in duo ſcilicet in
illum cui vult bonū: ⁊ ī bonū qđ ei vult: ⁊ reſpec
tu primi eſt amoꝛ amicitie: reſpectu ſecūdi eſt a/
moꝛ cōcupiſcentie. deus aūt diligitur a beatis a/
moꝛe amicitie: ⁊ fruitio ſeu delectatio cauſās hāc
delectatōem pertinet principaliter ad amoꝛem
amicitie. Et ꝗ̃uis ꝓpter delectationem velimus
cōiter nobis bonū in quo delectamur: tamen ꝓop
poſitū eſt in delectatione qua delectamur đ deo
viſo ⁊ amato: quia ibi plus diligit̃ delectans ef/
fectiue ꝗ̃ delectatū ⁊ delectatio. Nec diligit̃ de⁹
quia delectat ſicut vinum amatur: quia dulce ⁊
delectans: ſed ꝓpter hoc ſumme delectat: q̄ꝛ ſum
me diligitur. poteſt ergo homo aliquid cōcupi/
ſcere aliter ꝗ̃ ꝓut eſt ſua perfectio foꝛmalis: ⁊ ſi
hoc negaretur de ꝓximo: quia amicabilia q̄ ſūt
ad alterū: veniunt ex amicabilibus que ſunt ad
ſeipm̄ ſm̄ philoſophū: tn̄ de deo negare non poſ/
ſumus qn̄ cōcupiſcamus dei laudē ⁊ honoꝛem: ⁊
ꝙ a nobis ametur: immo ꝙ ab oībus ⁊ hoc ꝓpt̄
perfectionē noſtrā foꝛmaliter. Primo quia ꝓpt̄
illud cōcupiſcimus bonū alicui ꝓpter qđ ama/
mus ipm̄ ꝓpter amoꝛem amicitie. Cū ergo ame/
mus deum amoꝛe amicitie ꝓpter ſeipm̄ primo
non ꝓpter nos nec ꝓpter aliꝗ̃ noſtram perfecti
onem: ergo quod volumus ipi deo volumus ꝓ/
pter ipmmet deum: ꝑmo ⁊ non ꝓpter aliquā no
ſtram perfectionē foꝛmalem: ⁊ ſic cōcupiſcimus
aliquid qđ nō eſt foꝛmalis perfectio nec cōcupi/
ſcentis nec eius cui cōcupiſcitur eſtimātes ꝙ ita
eſt: immo ⁊ reſpectu ꝓximi eſt idē ſētiēdū. Quia

enim debeo diligere ꝓximū ꝓpter deum non
ꝓpter meipm̄. hinc eſt ꝙ ſi bonum aliqđ ei cōcu
piſco: debeo ei cōcupiſcere propter deū prius ⁊
plus ꝗ̃ ꝓpter meipm̄. quādo aūt dicitur ꝙ ami/
cabilia que ſunt ad alterum ⁊c. Dicēdū eſt ꝙ hoc
eſt verū in via generationis ⁊ cauſe efficientis n̄
finalis. ¶ Primo enī hō diligit bonū ſuū ꝗ̃ alte
rius: ⁊ ex dilectione ſui boni mouetur ad dilec/
tionē boni alterius effectiue: ſed non opoꝛtet ꝙ
omne qđ diligit diligat ꝓpter perfectionem ſuaʒ
foꝛmale vel ꝓpter aliqđ bonū ſuū. Item ꝙ bo/
num vnicuiqʒ ꝓpriū ē ei amabile: ſi ſic intelligat̃
ꝙ nihil amatur niſi inꝗ̃tum eſt bonū amanti pro
prium foꝛmale vel intrinſecū eſſentiale vel acci/
dentale falſum eſt: q̄ꝛ ſic creatura nō amaret bo
num increatū nec ecōuerſo nec aliquid amaret
niſi ſeipm̄. Sed ſi intelligatur bonum ꝓpriū lar
ge verum eſſe pōt: q̄ꝛ aliqđ dicitur eſſe alicuius
non ſolū foꝛmaliter: ſed ⁊ aliter multis modis.
Sic enim deus diligit creaturas que ſunt ſuū bo
num. i. a ſe factū ⁊ ſui repreſentatiuū. Et creatura
diligit bonū diuinū: quod eſt bonū ſuū effectiue
conſeruatiuū ⁊ finale: ⁊ licet in deo bonū ꝓpriuʒ
foꝛmale ſit ratio diligendi bonum alienum inꝗ̃/
tum eſt aliquo mō ſuū. ⁊ ſimiliter in amoꝛe cōcu
piſcētie: quia nullum bonū cōcupiſcit alter: niſi ꝓ
pter bonū ſuū ꝓpriū: tn̄ in creatura eſt econuerſo:
quia ſicut prima ratio diligendi bonum ꝓprium
amoꝛe amicicie eſt ſibi alienum qđ eſt deus: ita ī
amoꝛe concupiſcētie oꝛdinate non concupiſcit
homo ꝓpter bonum ſuū ꝓpriū foꝛmale: ſed pro
pter diuinū ꝓut eſt extra ſe ⁊ in deo pure. Unde
prima ratio cōcupiſcētie creature rationalis vel
intellectualis a recta eſt perfectio diuina ⁊ nō ali
qua ꝑfectio foꝛmalis creature. Quē enim prius ⁊
plus diligo amoꝛe amicitie: illi prius ⁊ plus opto
⁊ cōcupiſco bonū amoꝛe cōcupiſcētie: ſicut prius
⁊ plus mihi ꝗ̃ ꝓximo. Vn̄ ⁊ pluſ amatū eſt vt de
us vt perſona ſubſiſtens: ſic prius cōcupitum eſt
bonū diuinū: vt intelligitur: ꝗ̃ ipm̄ perficiēs ⁊ in
foꝛmās: ſicut prius ⁊ plus volo deuʒ eſſe ꝗ̃ me
habere eſſe. Iteʒ cum actus charitatis in prima
ꝑncipalioꝛ ſit diligere deū: ſequitur ꝙ beat⁹ pl⁹
diligit deū ꝗ̃ viſionē dei: illa aūt dilectio nō pōt
eſſe non delectabilis: cū ſit ex toto coꝛde ex tota
anima ⁊ toto conatu: īmo eſt ſumme delectabiliſ
cū ſit ſumma dilectio. ſicut enim ſummā dilectio
nem in deo ſequitur ſūma delectatio ſimpliciter
ſic ſūmam dilectionē creature ſequit̃ ſūma dele
ctatio in creatura. Eſt aūt ſūma dilectio dei non
viſionis dei: ꝗ̃ ⁊ illam nō iſtā ſequitur ſūma dele
ctatio. Item cū delectatio iudicet̃ ſm̄ dilectionē
Nā ſi dilectio vituperalis ⁊ delectatio eam cōſe
quens vituperalis eſt: ſi laudabilis dilectio: ⁊ de
lectatio conſequens laudabilis: ergo ꝗ̃to dilec/
tio laudabilioꝛ tāto delectatio cōſequēs erit lau
dabilioꝛ. Sed cōſtat ꝙ dilectio boni diuini ē lau
dabilioꝛ ꝗ̃ dilectio boni ꝓprij: ergo delectatio
magis de deo delectat ꝗ̃ de viſione dei. Et ſi di

1A3

catur ꝙ iſta cōpatio habet locū in dilectionib⁹ cō
cupiſcē ñ amicitie: ꝛ ꝙ ꝺlectatio ſolū ſequit̃ amo
rē ꝯcupiſcētie: hoc ē ꝯ expiētiā charitatis: q2 gau
det hō ſi mala ſibi ꝑpt̃ deū eueniāt: ēt ſi nihil bo
ni vel p̄mij vł̉ vtutis accidēt: ſ3 ſolū ꝑpt̃ deū pure
ꝛ imediate: al's eēt gaudiū mercenariū. Itē licet
delectatio nō ſit niſi obiectū amoris ꝯcupiſcētie
generalr: tñ delectatio magis cōſequit̃ amorē a
micitie: ſicut ecōuerſo triſticia ꝛ ꝯtriſtatio eſt ꝯñs
odiū īimicitie. Cū.n. qs cogitat de re odioſa inue
nit diſplicētiā: ꝛ nō ꝑpt̃ cognitōem de ipa: q2 añ
q̃3 ꝑcipiat ſe de illa cogitare dolet ꝛ triſtat̃. Et ſi/
milit̃ ex hoc ipo ꝙ ꝑcipit rē amatā amore amici
tie añq̃3 ꝑcipiat ipam ꝑceptōe delectat̃: q2 beati/
tudo ꝯſiſtit ī actu recto nō reflexo: ſ3 ſm oēs bea
titudinē īmediate cōſeqt̃ delectatio: ğ cū viſio ñ
videat̃ niſi actu reflexo añq̃3 ipa ſit obiectū ꝯgni
tionis ē beatifica delectatio. Itē cū delectatio vo
lūtatis nō ſit aliud q̃3 q̄dam beniuola ꝛ delecta/
bilis cōplacētia. Expit̃ hō ꝙ bonū aīci placet ſibi
ꝛ ī eo delectat̃ ꝑ ſolū hoc ꝙ apprehēdit illud vt
bonū aīci añq̃3 apprehēdat illud vt bonū ſuū. Et
ſilr̃ q̃uis vnicuiq3 ſit amabile bonū ꝑpriū: ſic et
delectabile: hoc tñ nō obſtāte dicim⁹ ꝙ bonū di
uinū ē magis vnicuiq3 amabile q̃3 bonū ſuū for
male ğ ꝛ magis delectabile. Sic igit̃ obiectū fru
itionis ē deus viſus ꝛ nō ipa viſio: vñ ꝛ delectatō
habet̃ p̄mo de deo viſo ꝛ nō de ipo viſu.

## De actu recto et refle/

xo vidēdi diligēdi fruēdi deū q̄ ē ī p̄ria q̄ ad vni
tatē vel pluralitatē. Et dr̃ act⁹ rect⁹ q̄ īmediate
videt̃ de⁹ diligit̃ vel fruit̃ qs eo. Reflexus āt ac/
tus dicit̃ q̄ qs videt ſe vidē deū. i. viſionē ſuā: di/
lectionē ſuā diligit: delectatōe ſua delectat̃. Et in
via qdē actus rect⁹ ꝛ act⁹ reflexus qñ nō ſūt ſiml̃
tūc realiter differūt: vt cū intelligo me intellexiſ
ſe ꝛ volo me voluiſſe aliqd: q2 impoſſibile ē ꝙ
duo q̄2 vnū ē corruptū aliud ſaluū ſint vna res:
ſed qñ ſūt ſimul tūc ſūt vn⁹ act⁹ numero: ſiue cū
intelligo me intelligē ꝛ volo me velle finē ꝛ vel/
le aliqd ꝑpt̃ finem ex vnitate.n. p̄ncipalis obiecti
ſūt vnus act⁹ numero. ¶ De vnitate aūt actus re
cti ꝛ reflexi in patria. Sciēdū ꝙ beat⁹ pōt videt̃
viſionē ſuā duplicit̃: vno mō in deo: ꝛ tūc ē vnus
act⁹ numero quo videt deū ꝛ q̄ videt ſe vidē deū
ſic̃ cognitio matutīa rex ī vbo eſt vn⁹ actus cū
viſione ipius verbi: alio mō pōt habere expimē/
talē cognitionē de illa cognitōe ꝛ intueri illā ī ꝑ/
pria natura: q2 licet habitū ſupnaturalē nō ꝯgno
ſcat hō naturaliter: tñ oēm actū ſuū pōt ꝑ expien
tiā naturaliter cognoſcē: ꝛ tūc iſte actus reflexus
differt ab actu p̄mo ꝛ ab actu reflexo primo mō
dicto: ſicut cognitio veſptina a cognitione beati/
fica ꝛ matutina. Similiter amare dilectionē pa/
trie ꝛ delectari in delectatōne patrie pōt eē dupli
citer: q2 vel dilectōe aut cōplacētia ſupnaturali:
q2 q diligit deū ꝯñs ē vt diligat ipam dilectōe3
ꝛ ꝑpt̃ ipm met deū: ꝛ ſicut delectat̃ ꝛ quietat̃ in
deo: ita delectat̃ in ipa delectatione ꝑpter deū: et
hic eſt vn⁹ act⁹ numero: ſic̃ in via vt dictū ē. Alio
mō diligo ꝛ cōplaceo mihi in iſtis īq̃tū ſūt bonū
meū ꝑpriū ꝛ formale ꝛ dilectōe naturali: ꝛ iſte a
ctus reflexus differt a recto ꝛ a p̄mo reflexo: ſic̃
dictū ē de viſione reflexa. Quōcūq3 aūt accipiat̃
act⁹ reflexus in patria inq̃tū hi⁹ in ipo nō ꝯſiſtit
beatitudo: put enī dic̃ actū naturalē diſtinctū re
aliter ab actu recto vidēdi diligēdi ꝛ fruēdi deo
ſic in ipo nō cōſiſtit beatitudo nec eēntialit̃ nec
accītaliter nec ꝑ accidēs: q2 nō cōſeqt̃ p̄mo ꝛ ꝑ
ſe ſed quaſi per accidēs. Si aūt loq̄mur de actu
reflexo ſm qō eſt vn⁹ act⁹ cū actu recto: tūc ſecū
dū rē cū ſit vn⁹ ꝛ idē actus cū recto: ſic̃ cōſiſtit be
atitudo in actu recto: ita ꝛ in tali reflexo. Si au/
autem loquamur ſecundum rationem non pōt
btītudo eēntialit̃ cōſiſtere ī actu reflexo: q2 eēn/
tialis beatitudo h3 deū ꝑ obiecto īmediato ꝛ ter
mino: act⁹ aūt reflexus vt ſic h3 ꝑ īmediato ob/
iecto termino actū rectū ꝛ creatū vñ ꝛc̃. ¶ Queri
tur vtr̃ oēs ſūme ꝛ de neceſſitate appetāt beati/
tudinē. R. pe. de pal. in. 4. di. 49. q. 7. ar. 2. de ap
petitu beatitudīs actu elicito: ſūt circa hoc tres
opiniones. Prima ē ꝙ volūtas nō vult ex neceſ
ſitate beatitudinē ſibi ꝑpoſitā ſiue ī vniuerſali ſi
ue in ꝑticulari ſed libere: ꝛ ꝓbatōnem h⁹ opi. cā
breuitatis obmitto ibi potes videre. ¶ Secūda
opi. ē ꝙ volūtas duplex ē. ſ. creata ꝛ icreata: ꝛ vo
lūtas creata dupliciter accipi pōt. ſ. put ē in p̄ria
vel put eſt ī via. Si loq̄mur de volūtate diuina
ſeu increata: dicēdū ꝙ ipa neceſſario vult ſuā be
atitudinē: q2 ſi eā poſſet nō velle: poſſet deus ñ
eſſe ꝑfecte beatus: delectatio.n. ꝑficit beatitudi/
nē ſic̃ pulchritudo iuuētutē: vt dicit̃. 4. ethicorū
Si aūt de⁹ poſſet nō velle ſuā beatitudinē: poſſ3
nō delectari de ea quare ꝛc̃. ꝑterea ſi de⁹ poſſet ñ
amare ſuā beatitudinē: poſſet nō amare ſeipm q
ē ſua beatitudo: qō ē incōueniens quare ꝛc̃. Si
aūt loquimur ð volūtate creata ꝑ ſtatu patrie ad
huc tal̉ volūtas vult neceſſario beatitudinē. Cu
ius rō ē: q2 ſi talis poſſet ñ velle beatitudinē poſ
ſet nō delectari: cū delectatio ſit actus volūtatis
de bono volito. Iſtud aūt nō ē poſſibile ſm na/
turā. ſ. ꝙ vidēs deū ſicut beati vidēt nō delectet̃
de deo viſo: q2 q̃q̃3 forte de⁹ de potētia abſoluta
poſſet a tali viſione delectatōem ſuſpēdere: hoc
tñ nō pōt facere creatura. Itē beatus aug⁹. ꝓbat
in. 13. de trinitate ꝙ ñ ē beatitudo quā aliqs amit
tere pōt volēs aut nolēs: ſ3 nō pōt qs eā amitter̃
ſiue volens ſiue noles. Sed ſi beat⁹ nō vellet ne
ceſſario ſuā beatitudinē ſed poſſet eam nolle aut
ſuſpēdere ſuū velle: ſequeret̃ ꝙ beatitudo poſſet
amitti a volēte vel nō volēte: ğ īpoſſibile ē ꝙ be
atitudo nō ſit neceſſario volita a beatis. Si autē
loquamur de volūtate ꝑ ſtatu vie: ſic diſtinguē
dū ē de beatitudīe: q2 beatitudo pōt accipi dupli
citer: vno mō ī ſpāli ꝑ eo in q̄ vere beatitudo cō
ſiſtit: vt ē viſio diuina: alio mō pōt accipi genera/
liter ꝛ ſm cōem rōem beatitudinis q̄ ē bñ haber̃

⁊ malo carere: q̄d anſelmus vocat cōmodū. Si ḡ primo mō .ſ. in ſpāli ꝓ eo ī quo vere beatitudo conſiſtit: ſic voluntas viatoris nō neceſſario vult beatitudinem: ſed poteſt non velle negatiue ⁊ ēt nolle. Qz poſſit nō velle negatiue patet: quia q̄d omnino incognitū ē: eſt omnino nō volitum ſm̄ aug'. ſed beatitudo ſm̄ illud in quo vere cōſiſtit eſt multis ignota omnino ⁊ valde paucis nota: ḡ a multis eſt non volita. Qz autem poſſit eſſe nolita patet ſic: omne illud cuius aſſecutioni eſt adiuncta difficultas ⁊ multa que habent rōem mali poteſt eſſe nolitum. Et eſt ratio: quia ſicut voluntas fertur in bonum per volitōnem: ꝓpter q̄d vbi malū eſt coniunctum bono: voluntas poteſt ferri ī illud volēdo vel non volendo: ſed aſſecutioni beatitudinis eſt adiuncta multa difficultas ⁊ multa mala pene: que cōiter horrent homines ergo in beatitudine q̄uis cognita ſm̄ ꝓpriā rōcꝫ poteſt ferri volūtas viatoris volendo eam vel n̄ volendo: non quidē ꝓpter ipſam: ſed propter mala pene coniuncta. Si autem accipiatur beatitudo ſm̄ cōem rationem beatitudinis: ſic diſtinguēdum eſt de appetitu: quia quidam eſt actus appetitus efficax que eſt de re habita vt delectatio: vel eſt motus ad rem habendam vt deſiderium efficaciter inclinans ad ꝓſecutionē rei: ⁊ tali appetitu non neceſſario volumus beatitudinē nobis ꝓpoſitam ſolum ſm̄ cōmunem rōnem beatitudinis: quia tam deſiderium q̄ʒ dlectatio efficax ſūt reſpectu boni propoſiti in particulari: in quo delectamur ſi ſit habitum: ⁊ in q̄d tendimus ſi non ſit habitum: habitio enim rei vel proſecutio ad eam reſpicit ſingularia. Eſt alius actus appetitus ſeu voluntatis qui non eſt velle efficax: ſed velle conditionatum: ſeu quedam velleitas qua dicimur quandoqꝫ ea velle que ſunt impoſſibilia: et hoc modo omnes volunt beatitudinem ſm̄ cōmunem rationem beatitudinis: propoſito enim cuicūqꝫ quod bonum eſt bene habere ⁊ malo carere: nullus eſt quin quadam velleitate tendat in hoc. ſed quia non efficax eſt: ideo non euidenter exprimitur quin potius videtur velle eſſe habituale magis q̄ʒ actuale ⁊ forte eſt: tamen concordant cum prima opinione quo ad primum articulum: ⁊ hec videtur intentio auguſ. in .13. de ciui. dei. c. 8. qui probat ꝙ ſicut omnes volunt eſſe beati: ita volunt eſſe immortales. conſtat autem ꝙ illud velle non eſt efficax ſed quedam velleitas: quia nullus vellet bono carere: ſed potiꝰ ſemper bonum habere: ita vellet ſemper eſſe: quia ſine eſſe non poſſet bene habere. ¶ Tertia opinio eſt ꝙ beatitudinem preſentatam in cōmuni via vel viſam in ſpeciali in patria voluntas non poteſt ex ſe reſpuere nec actus volendi nec fruendi vtrobiqꝫ ſuſpendi: ſed non actus reſpuendi vel deteſtatione haberi. Et prima concluſio quātuꝫ ad beatitudinem in communi preſentataꝫ in via patet per iam dicta. ſed quo ad preſentatam in patria probatur ſic: ſicut principium in ſpeculabilibus ſic finis in agibilibus: ſed intellectus non poteſt non aſſentire primo principio: ergo nec volūtas non ferri in vltimum finem clare preſentatū. probatur ſicut ſe habet voluntas viatoris ad beatitudinē in communi ſic voluntas comprehenſoris ad beatitudinem que eſt in deo: cum ibi ſit in veritate quicquid eſt in beatitudine ſm̄ communem eſtimationem: ſed nullus poteſt nō amare beatitudinem preſentatam in communi ī via ergo nec in patria preſentatam. ¶ Quantum ad ſcd̄am concluſionem dicunt ꝙ per miraculum d̄ potentia abſoluta deus poteſt hoc ſcilicet actum voluntatis ſuſpendere preſentata beatitudie clare in patria vel in generali in via. Ratio eſt: quia natura voluntatis dicitur ferri in obiectum ſibi preſentatum ſuppoſita communi influentia dei ſine qua nullum agens creatuꝫ agere poteſt. Si ḡ deus ſubtrahat influentiam ab actione voluntatis ⁊ non ab actione intellectus erit vna ſine alia naturaliter: ⁊ non ſolum non violenter: niſi ꝙ illa natura eſt vt raro: ſed deus non poſſet ſecunduꝫ iſtos immittere in voluntate actum contrarium ſcilicet ꝙ voluntas reſpuat beatitudinem oblatā in communi: vel clare viſam in ſpeciali aut ꝙ triſtetur in ea. Rn̄ſio huius eſt ꝙ deus non poteſt facere ꝙ potentia feratur in non obiectum: puta ꝙ oculis videret ſonum: vel ꝙ potentia calefactiua frigeſaceret. obiectum autem voluntatis ad reſpuendum vel deteſtandum eſt malum ⁊ non bonum vt bonum: ergo impoſſibile eſt ꝙ reſpectu beatitudinis ī qua nil mali apparere poteſt voluntas feratur vel reſpuendo vel deteſtando. De damnatis dicit idem pe. ꝙ cum in eis remaneat natura integra naturali vtiqꝫ appetitu appetunt beatitudinem. Et ſi dicatur ꝙ appetitus naturał non poteſt eſſe fruſtra: dicendum ꝙ verum eſt ꝑ ſe. per accidens autem appetitus naturalis poteſt fruſtrari: vel per libertatem arbitrij ſeipſo abutētis: ⁊ hoc vniuerſaliter ⁊ in pluribus ſpeciebꝰ vel a caſu. In naturalibus non quidem vniuerſaliter ⁊ in tota ſpecie: ſed raro ⁊ in aliquibus indiuiduis ſpeciei. De appetitu autem qui eſt actus elicitꝰ dicendum ꝙ damnati non appetunt beatitudinem in ſpeciali appetitu efficaci laborando, ⁊ conando ad beatitudinem: cum ſciant hoc ſibi impoſſibile: ſed appetitu conditionato appetunt eaꝫ inquantū habent rationē commodi. vellent eniꝫ ſi eſſet poſſibile eam habere inq̄ʒtū ſcilicet quoddam commodum: ⁊ ſimili modo appetunt beatitudinem in generali ſcilicet bene habere.

## Utrum beatitudo ſanctorum ſit futura maior poſt reſurrectionem corporum q̄ʒ modo ſit?

Reſpondit pe. de pal. in .4. di. 49. q. 6. ꝙ beatitudinem ſanctorum augeri pꝰ reſurrectionem corporum poteſt intelligi dupliciter: vno modo intenſiue vt quia ſit in pluribus alio modo extenſiue vt ſcilicet anima beata reaſſumpto corpore videat deum limpidius ⁊ ipſius

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

1Λ2

diligat intenſius ꝙ̃ nunc ſine corpore. Et quātū ad primum modum omnes conueniunt dicentes ꝙ extenſiue augebitur beatitudo tunc: quia beatificabitur tunc homo non ſolum in anima q̃ ad vires ſuperiores que ſunt intellectus ⁊ volūtas: ſed etiam quo ad inferiores ſenſitiuas: ⁊ i corpore quātum ad dotes ſuas: ſicut econuerſo dānati affligentur tunc: non ſolum in anima quo ad intellectum ⁊ voluntatem: ſed etiam in corpore quo ad ſenſualitatem: ⁊ ſic loquitur glo. ſuper illud apoca. 6. Uidi ſub altare dei animas interfectorum que dicit ꝙ anime ſanctorum modo ſunt in minori dignitate ꝙ̃ future ſint poſt reſurrectionem. Et hieronymus dicit ꝙ peracto finali iudicio deus ampliorem gloriam demōſtrabit ſanctis: hic enim maior dignitas vel amplior gloria erit ſecundum extenſionem que erit ad plura. Et ſi in contrarium arguatur ſic: ſummum bonum non augetur: ſicut nec albiſſimum magis dealbatur: ergo non poteſt beatitudo que eſt ſummum bonum augeri. Reſpondeo ſummū bonum ſimpliciter: vnde ipſa nullo modo augetur: nec etiaꝫ extenſiue quocunq; ſibi addito: nam licet beatitudo diuina chriſti ſit extenſa vſq; ad animam ⁊ corpus chriſti: tamen beatitudo eius creata cum beatitudine increata non eſt aliquid melius: vnde eius beatitudo non creuit etiam extenſiue: ſꝫ beatitudo anime eſt ſummum bonum in genere ſpirituum ⁊ creaturarum: vnde creſcit extenſiue beatitudo autem hominis eſt ſummum bonum eius prout comprehendit vtrūq; non alterū tm̄. ſicut enim perfectum bonum hominis ſecunduꝫ naturam non eſt ſola anima ſed compoſitum: qꝛ perfectū ex oībus partibus eius conſtat: ſic ſummum bonū eius non niſi aggregatum ex vtraq; beatitudine: quod eſt vnum per accidenſ: ⁊ ſi nō per ſe. Hoc eſt enim ſummum bonū creature qḋ ſibi taxatum eſt a diuina predeſtinatione: qꝛ abſolute qualibet beatitudine angelica poteſt eſſe maior: ſed non de potentia ordinata: deus auteꝫ predeſtinauit homini vtrāq; beatitudinē iō ⁊c.

## Quantuꝫ ad ſecunduꝫ

modum augmenti. ſ. intenſiuum ī hoc eſt triplex opinio. ¶ Prima aſſerit beatitudo eſſentialis q̃ conſiſtit in viſione dei augebit̄ intenſiue poſt reſurrectionē: ita ꝙ limpidius deum cognoſcent ⁊ intenſius diligent ꝙ̃ nunc. ¶ Secūda opi. dicit ꝙ beatitudo poſt reſurrectionē erit perfectior: n̄ quidē intēſiue: vt dicit prima opi. qꝛ magis ꝓmpte ⁊ expedite aīa exercebit ſuam operationē reſumpto corpore ꝙ̃ nūc: quia nunc retardatur a q̃dam naturali appetitu ipſius anime ad reſumendum corpus: rationes vtriuſq; opi. obmitto: qꝛ vtraq; cōiter reprobat̄: vt patet ibi efficaciter. ¶ Eſt ergo tertia opi. verior. be. tho. in. 4. di. 49. q. i. ar. 4. q. i. ꝙ aīa reaſſūpto corpore non intenſi⁹ videbit deum nec expediti⁹ ꝙ̃ ſperata: ⁊ vltra alias rōnes ibi poſitas multas ad hoc hec eſt ſatis cōis ⁊ efficax: ⁊ eſt talis: ſi aīe beatoꝝ intenſius ⁊ liberius viderent deum reſumptis corporib⁹ ꝙ̃ ante: hoc eſſet vel ex parte potentie cognoſcentis: quia illa remanet penitus eadem non intenſa nec remiſſa: nec ex pte luminis ꝓpter eandē cāꝫ nec ex parte obiecti: quia tunc non repreſentabit̄ aliter: nec ex parte alicui⁹ impedimēti: quia nullū eſt in anima ſepata plus ꝙ̃ cōiuncta: ergo anima reſumpto corpore non videbit intenſius aut liberius. appetitus enim anime ſepate de adminiſtrando corp⁹ ⁊ reunione in nullo minuit vel diſtrabit viſionem ⁊ fruitionem dei: quia illud nō appetit niſi prout videt placere diuine voluntati quam intuetur ⁊ qua fruitur. Qꝫ auteꝫ auguſtin⁹ hoc videtur dicere ſcilicet ꝙ retardet talis appetitus loquitur inquiſitiue non aſſertiue.

¶ De quatuor dotibus corpoꝝ beatoꝝ. c. vij.

Dotes corporuꝫ beatorum reſurgentium quatuor aſſignantur ſcilicet claritas impoſſibilitas ſubtilitas ⁊ agilitas: que notari poſſunt in quattuor proprietatibus ſolis: cui comparantur ſancti glorificati in anima ⁊ corpore. Dicitur enim math. 13. tunc ſcilicet in vltima reſurrectione fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris ſui. Et ad hoc poteſt adaptari illud ps. Thronus eius ſicut ſol in cōſpectu meo ⁊ ſicut luna perfecta in eternum. Thronus chriſti de quo ibi loquitur ſunt ſancti in quibus requiuit ⁊ requieſcit per gratiam ⁊ gloriam qui ſub eo ſunt: vt thronus ſub ſedente: ⁊ iſti ſunt reſplēdentes etiam quantum ad corpora glorificata: vt ſol ⁊ ſicut luna perfecta que tota eſt plena: ſed illuminata a ſole: ita eccleſia a chriſto indeficienter glorificata ſol in ſe ⁊ in radio ſuo primo habꝫ maximam claritatem: quid enim lucidius ſoleꝫ dr̄ eccleſiaſtici. .q. d. nihil. ¶ Scdo habet i eſſentia ſua impaſſibilitatem: non enim corrumpi poteſt: ⁊ radius eius per immunda tranſiens nō coinquinatur ait auguſtinus. ¶ Tertio habet ſol in ſuo effectu ſubtilitatem: nam ⁊ radius penetrat feneſtram vitream ſine apertione: ⁊ virtus eius tranſit ad viſcera terre ad generandum metalla ⁊ preſtandum vigorem herbis ⁊ arboribus ¶ Quarto ſol habet etiam in ſuo motu ⁊ diſcurſu agilitatem ſeu velocitatem: nam ⁊ ipſum corpus ſolare velociſſime mouetur: ⁊ radius eius ō mane: cum in ſubito oritur: extenditur ab oriente in occidente. Correſpondēt autem quatuor virtutibus cardinalibus ſm̄ Tho. in. 4. que habent hominem bene regulare in ſe ⁊ ad proximum: ſicut tres dotes anime de quibus dictuꝫ eſt ſupra corrn̄t tribus virtutibus theologicis de quib⁹. i. cor. 13. nūc manent fides ſpes charitas tria hec. De cardinalibus aūt dicitur ſapie. 8. ſobrietatem temperantiam ⁊ ſcientiam docet. i. prudentiā iuſticiam ſpecialem ⁊ virtutem. i. fortitudinē quib⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nil melius in vita hominibus. Et quia ſcd̃m vnã
acceptionẽ iuſticia eſt omnis virt⁹ ꝑut ſcilicet ge
neraliter accipitur: ⁊ ideo dicitur iuſti fulgebunt
⁊c̃. ſcilicet per virtutes quatuor q̃ cõpbẽdũtur in
iuſticia generali ꝑducũt ad gl'iam ⁊ dotes corpis.
Claritas rñt prudẽtie que eſt recta rõ agibiliũ
⁊ ſic facit mentẽ clarã. Impaſſibilitas correſpõ/
det fortitudini ⁊ patientie per quã quis reddit
quaſi impaſſibilis: ita. ſ. vt non reducatur homo
in paſſiones ire. Subtilitas correſpõdet iuſticie
qr quis ſubtiliter examinat qd cuiq; tribuendũ
Agilitas tẽperantie que facit hominem facilem
⁊ ꝓmptum ad obediẽdum ⁊ benefaciendũ: pñt
etiam iſte quatuor dotes elici ex auctoritate ſapi
entie. ¶ Tertio fulgebunt iuſti ⁊ tãq; ſcyntille in
arundineto diſcurrent: vt enim dicit Robertus
holcoth ſuper illo verbo claritas notatur cũ dic̃
fulgebunt: ⁊ ſi diuerſimode: quia vt dicit ap'ls. i.
cor. 15. ſtella dicitur a ſtella in claritate: ſic erit re
ſurrectio mortuorũ: quia magis vel min⁹ reſur/
gentes fulgebunt: impaſſibilitas ſeu incorruptibi
litas innuitur cũ ſubdit iuſti: iuſticia enim eſt cõ/
ſtans ⁊ ꝑpetua voluntas reddendi cuiq; qd̃ ſuũ
eſt: ⁊ ſic habet in ſe perpetuitatẽ. ſ. in ꝓpoſito in q̃
ſignificatur impaſſibilitas ⁊ incorruptio. Subti
litas oſtenditur cum dicitur ſcyntille. ſ. ignis que
ſunt valde ſubtiles ſeu acute. Agilitas inſinuatur
in diſcurſu quia diſcurrunt. Ut enim dicit augu/
ſtinus vbi voluerit ſpirit⁹ ſcilicet eſſe ibi erit cor
pus quaſi ſtatim ꝓpter ſubitum diſcurſum. Iſtas
quatuor dotes ſigillatĩ exprimit ⁊ ſatis clare apo
ſtolus. i. cor. 15. cũ ait ſic erit reſurrectio mortuoꝝ
ſeminat̃ ĩ corruptõne ſurget in corruptõne: ſemi
nat̃ ĩ ignobilitate: ſurgʒ ĩ gl'a: ſeminat̃ in ĩfirmitate
ſurget in virtute: ſeminatur corpus animale: ſur/
get corpus ſpirituale. Ipis dotibus: vt dicunt qui
dam vſus eſt chriſtus adhuc mortalis. Naʒ do
tem claritas oſtendit in tranſfiguratione quãdo
reſplẽduit facies eius vt ſol. ¶ Dotem agilitatis
quãdo ambulabat ſuper aquas ſiccis veſtigijs in
trans in nauem ad diſcipulos: math. 17. ¶ Doteʒ
impaſſibilitatis quando dedit ſeipm in vltĩa ce/
na in cibũ ⁊ potum: ibi enim in ſacramento exi/
ſtens nõ patiabatur attritõem a dẽtibus diſcipu/
loꝝ vel aliquã alterationẽ. ¶ Dotem ſubtilitat
qñ exiuit de vtero virginis naſcẽs per clauſã por
tam. i. ſaluo ſignaculo virginali: q̃uis ꝓprie lo/
quendo hoc non pertineat ad dotẽ ſubtilitatis in
trare vel exire de loco clauſo omnino: ſed fuit ꝑ
ſpeciale miraculum diuine trinitatis: vt infra di
cetur: ſicut ergo chriſtus ſurrexit a mortuis per
gloriam patris: ita vos in nouitate vite ambule/
tis. i. ſicut chriſtus reſurrexit in corpore glorifica
to cũ iſtis quatuor dotibus: ita fideles dimitten
tes veterẽ vitã peccatoꝝ: nouã inchoent ſe exer/
cendo in actibus quatuor virtutum que ſignant
⁊ correſpõdet quatuor alijs dotibus: ⁊ per eas ꝑ
ueniatur ad eas. Sufficientia harum dotiũ quar
ſcilicet ſunt quatuor ⁊ non plures aut pauciores

Pe. de pal'. in. 4. di. 44. q. 5. ſic aſſignat: gratia ꝑ/
ficit naturam ſecundum modum eius: ſicut ergo
corporis natura conſtat ex quatuor elementis ⁊
humoribus: ſic ⁊ eius gloria ex quatuor integra
tur: vnde quia finis nobilior eſt his que ſunt ad
finem ⁊ excellentius: continet bonitates eorum
⁊ perfectiones. Corpora autem ſanctorum ſunt
perfectiora ſicut finis omnium corporum: ideo
debent habere perfectiones aliorum. Cum ergo
corpus humanum ſit corpus ⁊ ſit corpus anima
tum: animatum autẽ differat ab inanimato mo
tu ⁊ ſenſu. Inde eſt q̃ quia in corporibus inani/
matis perfectio eſt incorruptio: qr ꝓpter lõge di
ſtare a deo ſiunt entia corruptibilia: ⁊ lux eſt pu/
riſſima qualitas propter que duo corpora cele/
ſtia eminent: ita corpus glorioſum debet habere
dotem ſubtilitatis propter primum: ⁊ dotem cla
ritatis propter ſecũdum. Inanimata autem ani/
malia propter ſenſum eminent plantis: ⁊ inter il/
la que plures habent ⁊ perſpicatiores. Item in/
ter ipſa que habent motum progreſſiuum ſunt ꝑ
fectiora: ⁊ ſic corpus in quãtum animatum habʒ
dotem ſubtilitatis per quam redditur ad omnes
operationes ſenſitiuas paratiſſimum: vt viſu ex/
cedat lincem ⁊ aquilam ⁊ ſic de alijs: ⁊ propter
dotem agilitatis aquilis ⁊ vento ſunt velociores
ſcd̃m illud volant ſuper pennas ventorum ſcili/
cet corpus chriſti glorificatum cum aſcendit in
celum.

## De dote impaſſibilita/tis.

Sciendũ ſcd̃m pe. de pal'. in. 4. di. 44. q̃ cuʒ
paſſibilitas ⁊ paſſio ſibi correſpondeant vt potẽ
tia ⁊ actus: ſicut paſſio dicitur dupliciter: ſic ⁊ paſ
ſibilitas. Paſſio accipitur vno mõ large pro re/
ceptione forme quãtumcũq; conuenienti nature
rei. ¶ Secundo modo accipitur magis ſtricte ꝓ
amiſſione forme conuenientis ſecundum naturã
⁊ receptionem forme diſconuenientis ⁊ contra/
rie ſecundum naturam. Et ſimili modo paſſibili/
tas dicitur dupliciter ſcilicet potentia ſuſceptiua
prime paſſionis aut ſecunde: loquendo de paſſio
ne vel paſſibilitate primo modo dicta: ſicut cor
pora ſanctorum poſt reſurrectionem non erunt
impaſſibilia. ¶ Primo quia in corporibus glo/
rificatis erit vſus ſenſuum: ſed talis vſus non po/
teſt fieri ſine receptione ſpeciei ſenſibilis: ergo in
beatis erit vſus ſenſuum: ſed talis vſus non põt
fieri ſine receptione ſpeciei ſenſibilis: ergo in bea
tis erit paſſio que eſt receptio forme conuenien/
tis. ¶ Secundo quia corpora glorioſa aſſimula
buntur corporibus celeſtibus que ſunt incorrup
tibilia ſecundum naturam: ſed corporibus cele/
ſtibus non repugnat paſſio que eſt receptio for
me conuenientis ⁊ perficientis: ſicut videmus d̃
luna que illuminatur a ſole ⁊ ceteris planetis ⁊
ſtellis: vt innuit̃ ĩ li. de ꝓprietatib⁹ elemẽtoꝝ ⁊c̃.
¶ Sed loquendo ſecundo modo de paſſione
⁊ paſſibilitate ſcilicet pro receptione forme diſ/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conuenientis ⁊ cōtrarie nature ⁊ abiectione forme conuenientis: ſic ſunt īpaſſibilia: quia cū ī eis ponatur qđ eſt perfectionis: ⁊ remoueatur qđ ē imperfectionis: ipa erūt paſſibilia paſſione q̄ eſt ſalus ⁊ perfectio: non illa que magis facta abijcit a ſubſtantia: vt dicitur in ſecundo de anima.

**Sed eſt videnduꝫ per** quid ſint ipa corpora impaſſibilia. Ad qđ dicit̄ ꝙ hoc erit aut ꝑ priuationē principij paſſiui aut per impedimentū paſſionis. primo mō dixerunt aliqui ꝙ corpora illa erunt impaſſibilia: quia in eis non erunt qualitates elementoꝝ actiue ⁊ paſſiue que ſunt in corporibus mixtis cā actionis ⁊ paſſionis. Credebāt eni ꝙ poſt reſurrectionē corpora humana eēnt mixta ex elemētis manētibus in eis ſm̄ ſuas ſubſtātias ⁊ nō ſcđm q̄litates actiuas ⁊ paſſiuas: ſed iſtđ nō ē veꝝ ꝙ q̄litates elemētoꝝ nō remaneāt in corporib⁹ gl̄ioſis: qꝛ gl̄a nō tollit ea que ſūt de ꝑfectione nature: ſed qualitates elemētoꝝ ſūt de ꝑfectōe mixti ſaltē accn̄ta li: ergo nō tollent̄ ꝑ gloriā. Remanebūt ḡ elemēta in corpibus glorificatis ſm̄ ſuas q̄litates. ſ. calidū frigidū humidū ⁊ ſiccū: ſꝫ nō alterabūt̄ nec patient̄ alteꝝ ab altero: qꝛ cū poſt reſurrectōnem ceſſet mot⁹ celi opoꝛtēt qđ illđ ꝙ ſemel pateret̄ ſemꝑ ab altero pateret̄: ⁊ ſic p̄cedēte paſſione finaliter ſequeret̄ corruptio: qđ nō ē veꝝ. Impaſſibilitas ḡ reſurgētiū corpoꝝ nō erit ꝓpt̄ carētiā q̄litatū elemētariarū. Quid ḡ iſtud ſit ꝑ qđ fiūt impaſſibilia corpa illa: circa hoc ē duplex opinio. quidā. n. dicūt ꝙ hoc erit ꝑ formā inherētē ⁊ exn̄tes in ipis corporib⁹. qđ ſic ꝓbāt: aīa nō pōt habere aliqđ dn̄ium ſuꝑ corp⁹ tūc magis q̄ꝫ nūc niſi corpus ſit īmutatū: ſed aīa poſt reſurrectionē habebit ꝑfectū dn̄ium ſuꝑ corp⁹: ita vt corpori nil poſſit accidere p̄ter volūtatē aīe: alioqn nō eēt ꝑfecte beata: ḡ corp⁹ erit oīo īmutatū: ſed mutatio terminat̄ ad aliquā formā: ḡ corpus glorificatū per aliq̄ꝫ formā quā hēbit reddet̄ īpaſſibile. ad qđ etiā facit qđ ait aug⁹. ſ. ꝙ ī corpib⁹ gl̄ificatis erit ꝑpetua ſanitas ⁊ incorruptōis vigor: ſꝫ ſanitas ē ꝑ aliq̄ꝫ formā inhērētē ḡ ⁊c. Eſt ali⁹ mod⁹ dicendi . ſ. ꝙ īpaſſibilitas corpoꝝ gl̄ificatoꝝ non erit per aliquā formā īherētē: ſꝫ ſolū ꝑ diuinā v̄tutē aſſiſtētē beatis ⁊ ꝓhibētē actionē cuiuſlibet extrinſeci īferētis paſſionē: qđ ꝓbāt ꝑ dictū aug⁹. ſic ſcribentis ī ep̄la ad cōſentiū. ſicē ab igne fornacꝭ chaldeoꝝ abſtulit de⁹ v̄tutē ꝯburendi q̄ꝫtū ad aliqđ: qꝛ. ſ. corpa pueroꝝ illeſa ſeruata ſūt: ſꝫ māſit q̄ꝫtuꝫ ad aliqđ: qꝛ ille ignis ꝯburebat ligna: ita auferet de⁹ ab hoīb⁹ corruptōem ⁊ dimittet eis naturaꝫ mō p̄dicto. ſ. īpediēdo exceſſū actōis ī p̄ſeruādo ab oī nociuo extrīſeco. Ex q̄ pꝫ ꝙ intētio augꝭ eſt ꝙ incorruptibilitas ⁊ īpaſſibilitas ē in corpibus beatoꝝ ꝑ hoc ꝙ diuina v̄t⁹ aſſiſtēs beatꝭ īpediet actionē c⁹libet īferētis corruptōem. Vn̄ ad rōem factā ꝓ alia opi. pōt dici ꝙ ablatio defectuū paſſionis q̄ fit ī corpib⁹ gl̄ificatis pōt fieri ꝑ ſolā v̄tutes diuinā aſſiſtētē beatis ad meritū: vn̄ nō oꝫ ꝙ fiat ꝑ formā inherētē. Erit ḡ tūc corp⁹ ſubditum aīe al̄r q̄ꝫ nūc: qꝛ tūc ꝑfectiſſime: ſꝫ non oꝫ ꝙ hu⁹ ſubiectio fiat ꝑ nouā formā īherentē: ſꝫ ſuffic̄ ꝙ fit ꝑ diuinā ꝓuidētiā aſſiſtētē q̄ ꝓhibet illa q̄ immutāt corp⁹ ad corruptōem. Et qđ dic̄ aug⁹. đ ſanitate ⁊ vigore hoc potit eē ꝑ īpedimētū cui⁹cūq̄ꝫ īferētis paſſionē: nō ꝙ ſit illa ſanitas forma īherēs. Sciēdū ēt ꝙ beati nūq̄ꝫ ſciēt ꝑ experientiaꝫ qđ ē malū: nec hoc ꝑtinebit ad īpfectōnē: alioqn de⁹ eēt valde īpfect⁹ q nūq̄ꝫ ſciuit malū ꝑ experientiā ī ſeipo. Experiētia. n. inq̄ꝫtū īportat cognitionē īportat ꝑfectōem: ⁊ ſic ē in deo: ⁊ ſic erit ī beatꝭ: ſꝫ inq̄ꝫtū īportat paſſionē nō erit in eis: hec oīa pe. de pal. in. 4. vbi ſupra.

**De dote ſubtilitatis.** Sciendū ſm̄ pe. đ pal. in. 4. di. 44. q. 3. Dicūt qdā dos ſubtilitatis ſm̄ oēs ē ad ſubijciēdū corp⁹ aīe ad opatōes organicas ſenſitiuas: vt remota oī groſſitie ⁊ ineptitudīe ad eas potētie ſubtilitate rōi obediāt: ⁊ ad opatōes ſuas purius exercēdas v̄tuoſiores fiant. Pro qꝛ declatōe dicūt qdā ꝙ ſubtile ī corpib⁹ oppoīt̄ ei qđ ē groſſū eē: eſſe vtrūq̄ꝫ repit̄ ī corporib⁹ tā rōe q̄ꝫtitatis q̄ꝫ rōe q̄litatis. Rōe. n. q̄ꝫtitatis illud dicit̄ ſubtile qđ ē puū ſm̄ latitudinem ⁊ ꝓfūditatē: dato ꝙ ſit magnū ſm̄ lōgitudinē et ꝓfūditatē. Rōe v̄o q̄litatis dr̄ aliqđ ſubtile qđ ē raꝝ ⁊ puū vt aer: groſſū v̄o qđ ē depreſſū ⁊ opacū vt terra. In ſubtili aūt ⁊ groſſo q̄cūq̄ꝫ iſtorum modoꝝ accepto: hoc ē cōe qđ ſubtile ē facile penetratiuū alteri⁹. Subtile v̄o ſm̄ q̄ꝫtitatē ꝓpter figurā acutā quā hꝫ: ſi nō ſit latū ⁊ ꝓfūdū q̄ꝫuis ſit lōgū vt ſil⁹ ⁊ ac⁹. Tal̄. n. figura ē diuiſiua ⁊ facile penetratiua ꝓpt̄ diuiſibilitatē ptiū ſuaꝝ ī ptes ꝑuas poros illoꝝ corpoꝝ ſubītrantes: vt aer aq̄ ⁊ hu⁹: ⁊ ꝓpt̄ hāc ꝯditōeꝫ nomē tractū ē ad potētias ꝯgnitiuas. Ille. n. dr̄ hr̄e acutū viſū: q pōt penetrare ad vidēdū pua ⁊ lōginq̄ q̄ alij n̄ vidēt. Et ille dr̄ hr̄e acutū ītellectū q penetrat ad ꝯgnitōem occultoꝝ. iux̄ hūc ēt modū ſubſtātie ſp̄ūales dn̄r ſubtiles: qꝛ maxīe elōgāt̄ a groſſitie corpali q̄lit̄cūq̄ꝫ accipiat̄: ⁊ maxīe penetrat ad cognoſcēdū ītima rei. Occōe aūt hoꝝ fuerūt duo errores circa dotē ſubtilitatꝭ corpoꝝ gl̄ificatoꝝ: quoꝝ vn⁹ ē dicētiū ꝙ p⁹ reſurrectōeꝫ corpa ꝯuertētur ī ſp̄m occaſionē ſumētiū ex dictꝭ ap̄li. 1. cor. 15. vbi dr̄: ſeiatur corp⁹ aīale: ſurget ſp̄ūale: ⁊ hic error p̄mo cōuincit̄: qꝛ forte nō ē poſſibile q̄cūq̄ꝫ v̄tute ꝯuerti corp⁹ ī ſp̄m. 2° qꝛ ⁊ ſi eēt poſſibile ⁊ ſic fieret: tūc hō nō reſurgēt: qꝛ hō dic̄ qđ cōpoſitum ex aīa ⁊ corpe ⁊ nō alteꝝ ſolū. Nec motiuū ē ſufficiēs qꝛ ſicut ap̄ls dicit ꝙ corp⁹ ſp̄ūale reſurget ita dic̄ ꝙ ſeminat̄ aīale: ſꝫ nūc nō dr̄ corp⁹ aīale: qꝛ cōuerſū ſit ī aīam: ḡ nec tūc dicet̄ ſp̄ūale: ex eo ꝙ cōuerſū ſit ī ſp̄m. Ali⁹ error fuit dicētiū ꝙ p⁹ reſurrectōem corpa beatoꝝ erūt ſubtilia: qꝛ erūt rara ad modū aeris: quod patet eſſe erroneum: quia talia corpora non ſūt palpabilia. Corpus autem chriſti poſt

paſſionem ſuam fuit palpabile: vnde dixit diſcipulis palpate ⁊ videte ꝛc. Item veritas humani corporis requirit carnem ⁊ oſſa: que non compatiuntur talem raritatem: ⁊ ideo hic error damnatur a grego. 9. mor. Dicendum eſt igitur aliter ſcilicet ꝙ poſt reſurrectionem corpus erit plene ſubditum anime ſpūi. Compatur autem anima ad corpus tripliciter. ¶ Primo q̃tum ad eſſe: quia anima eſt actus ⁊ forma corporis. ¶ Scḋo quantum ad operationes quibus anima vtitur corpore vt ſubiecto ſicut ſunt operationes ſenſitiue.

¶ Tertio q̃tum ad motum localem: anima enim non ſolum eſt actus corporis: ſed etiam motor aliquo modo: poteſt igitur ſubiectio corporis ad animam conſiderari q̃tum ad eſſe pertinet ad dotem impaſſibilitatis: ratōe cuius nihil poteſt accidere in corpore: quod fit ad ſeparationē corporis ab anima: ſed perfecta ſubiectio corporis ad animam vt ad motorem pertinet ad agilitatē vt infra dicetur. Perfecta vero ſubiectio eius ad animam quo ad operationes cognitiuas ⁊ appetitiuas videtur pertinere ad ſubtilitatem. Et hec ſubiectio poteſt intelligi vel q̃tum ad operationes ſenſitiuas precise vt nihil ſit in corpore quo puritas talium operationum impediat: ſicut nūc fit in nobis propter groſſitiem ⁊ impuritatem ſpirituum deſeruientium operationibus ſenſitiuis: talis enim impuritas omnino tolletur a corporibus glorioſis. Vel poteſt intelligi ſubiectio propter obedientiam meram ⁊ perfectam quā tunc habebunt vires ſenſitiue ad rationem: que obedientia non eſt modo: cum caro concupiſcat aduerſus ſpiritum. Et ob hoc corpus dicitur aīale ab animalitate: quia motus animales magis ſūt in nobis ſecundum impetum ſenſualitatis q̃ ſm dictamen rationis. Sed tunc dicetur corpus ſpirituale: quia omnes tales motus erūt ſubditi plene ſpiritui. Quocunq; autem dictorum modorum accipiatur ſubtilitas non videtur neceſſarium ꝙ dicat aliquā qualitatem ſupernaturalem inherētem corporibus glorificatis: quia ſubtilitas primo modo accepta poteſt eſſe per ſolam puritatē humorum ⁊ ſpirituum: ⁊ ſecundo modo accepta poteſt eſſe per diuinam prouidentiam aſſiſtentē. Sed quicquid iſti dicant videtur probabiliꝰ ꝙ iſta ſubtilitas ſit aliquid poſitiuum exiſtens ī ipſis potentijs per modum habitus: qꝛ gr̄a perficit naturam ſm qḋ nata eſt perfici.

Potentie autem anime inferiores nate ſunt perfici ad ſuas operationes: ⁊ ad obediendū rationi per habitus naturaliter acquiſibiles: igitur vt iſta fiant perfectius cōueniens eſt infundi habitus ſupernaturales: ſiue ſint vnum ſiue plures dotes vnius nomine deſignātꝰ ꝓpter vniuerſitatem finis in generali. Quia ğ nō eſt dubium ꝙ per gloriam perficientur earum operationes: vt delectationes perfectiores ſequantꝰ: ꝓbabile eſt ꝙ hoc fiat per habitꝰ qui ⁊ facit operationem generaliorem ⁊ per conſequens ꝓmptiorem faciliorem ⁊ delectabiliorē. Item ſciendū ꝙ corpus glorificatū intrat domum ianuis clauſis ⁊ feneſtris: ſeu ꝙ ſit in eodem loco cū alio corpore localiter hoc nō pertinet ad dotē ſubtilitatis: nec hoc eſt poſſibile per viam nature corporis glorificati: niſi addatur ſpeciale miraculum: quod ſic probatꝰ. Illud qḋ non tollit a corpore glorioſo q̃titatem eius: nec actum eius impedit non tollit quin corpꝰ glorioſū expellat aliud corpus de loco ſuo ſi illuc intrat: ⁊ ſic non poterit ſimul eſſe cum alio: ſed dos ſubtilitatis eſt huiuſmodi ergo ꝛc. Maior patet: quia illud qḋ facit diſtare corpus a corpore ſcḋm locum ⁊ ſitum eſt ſola quātitas: vnde ⁊ philoſophus dicit. 4. phyſicorum ꝙ ſi a corpore circūſcribantur omnes paſſiones ⁊ qualitates adhuc corpus occupabit locum ⁊ non poterit eſſe ſimul cū alio: ſed neceſſario diſtaret ſm ſitum ⁊ locum. Ex parte ğ q̃titatis eſt diſtantia corporum q̃tū ad locum: quod ğ non tollit q̃titatē nec eius operationem non tollit quin vnum corpus expellat aliud de loco ſuo. Maior ꝓbatur. ſ. ꝙ nulla qualitas tollat a corpore glorioſo ſuam quātitatem nec eius vſum de quātitate: patet quia ſi tolleretur corpus maneret indiuiſibile. Item non haberet qualitates ſenſibiles q̄ requirunt quātitatem ꝓ īmediato obiecto: que omnia ſunt abſurda: nec etiam tollit actum eius ergo ꝛc. Nec dicendum eſt ꝙ in ferro ignito ſint ſimul in eodem loco ignis ⁊ ferrum: aut ꝙ vipa id eſt pane intincto in vino ſint ſimul panis ⁊ vinum: quorum vtrūq; eſt corpus. Sed quādo ferrum ignitur vtiq; ignitio non eſt aliud q̃ vehemens alteratio ferri a qualitatibꝰ ignis: ita ꝙ poteſt aliud ignire: ſed vbi eſt ferrū ibi non eſt ignis ſed ardor ⁊ cauma: ſique tamē poroſitates eēnt in ferro: ibi nil prohiberet eſſe ignem: vel in materia aeris prius ibi exiſtentis generatus vel ī ſubtilibus partibus que reſoluuntur a ferro: ⁊ ſic de vipa ꝛc. Quū ergo duo corpora ſunt ſilꝰ in eodem loco: cōmunior modus dicēdi ſm doc. ⁊ magis cōcordans ſcripture ſm ſupficiē lr̄e: qḋ ꝓbatur ex multis. ¶ Primo quia chriſtꝰ natus eſt de virgine clauſo vtero matris. Remanſit enim virgo pꝰ partum: ſed illud fieri non potuit: niſi corpus xp̄i naſcendo eſſet ſimul cū corpore virginis matris eius: ideo ꝛc. ¶ Secundo quia chriſtus ſurrexit clauſo ſepulchro: qḋ non poſſet eſſe niſi corpus chriſti eſſet ſimul cum lapidibus ſepulchri ergo ꝛc. ¶ Tertio ꝙ chriſtus poſt reſurrectionem intrauit ad diſcipulos clauſis ianuis. ¶ Quarto ꝙ cum corpus celeſte non poſſet diuidi ſaltem quātum ad ſubſtantiam ſperarum: ſed chriſtus aſcēdit in celum empyreum: ergo ſimul fuit corpus eius cum corpore celeſti. ¶ Modus autem quo hic ponitur eſt talis: quantitas per corpus comparatur ad locum: habet duo facere ſcilicet reddere corpus quātum ⁊ occupare locum. Et primum eſt actus eius quaſi cauſe formalis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Scđm eſt actus eius quaſi cauſe efficientis.
Ex quo pōt ſic argui:ſicut ſe habet caloꝛ ad ca/
lefaciendum:ſic ſe habet q̄ntitas ad occupandū
locum:ſed virtute diuina fieri poteſt:vt caloꝛ p̄/
ſens calefactibili non calefaciat ipm̄ vt factū eſt
in foꝛnace babylonis reſpectu trium pueroꝝ. er/
go eadem virtute pōt fieri ꝙ q̄ntitas ſit p̄ns loco
⁊ tamen non occupet locū:⁊ ſic alia q̄ntitas erit ſi
mul cū ea. ¶ Secundo ſic:virtute diuina fieri pt
vt amoto poſterioꝛi remaneat prius:cū hoc non
implicet cōtradictionē vel repugnantiā intellec/
tui:ſed dare quātū eſſe ſubiecto per prius cōue/
nit q̄ntitati q̄ꝫ occupare locū:quia ille eſt actꝰ foꝛ
malis qui ſimul eſt cuꝫ foꝛma in ſubiecto. Alius
tamen eſt actus eius vt cauſe efficiētiſ reſpectu al
terius qui eſt frequenter tp̄e poſterioꝛ:ergo virtu
te diuina fieri poteſt vt coꝛpus remaneat q̄ntum
⁊ tamen nō occupet locum. Aliquādo tamen di/
cunt ꝙ nulla virtute fieri poteſt ꝙ duo coꝛpoꝛa
ſint ſimul in eodem loco:⁊ ad omnes illas ratio
nes reſpondit:ſed quia tales expoſitiones quas
illi faciunt de chꝛiſto naſcente de virgine ⁊ de ſe
pulchꝛo exeunte vel in celum aſcendente q̄ſi via
naturali potuerit eſſe:non ſic accipiuntur a cōmu
nitate.potius eſt tenere modum prius dictum.ſ.
ꝙ virtute diuina duo coꝛpoꝛa poſſint eſſe in eōd
loco ſimul:ſicut accidit in dictis myſterijs xp̄i na
ſcentis reſurgentis ⁊ huiuſmodi in talibus enim
melius eſt captiuare intellectū ſuum:q̄ꝫ preſum/
ptuoſum aliquid aſſerere cōtra cōmune dictum
etiam ſi non ſit expꝛeſſe contra ſcripturam:hec
omnia pe. vbi ſupꝛa. De dote agilitatis quid ſit:⁊
per quid:⁊ vtꝝ motus coꝛpoꝝ gloꝛificatoꝝ ſit in
inſtanti. Et quātū ad primū ſ̄m pe. vbi ſupꝛa. q.
4. ſciendū ꝙ in homine eſt duplex motus. vnuſ
ſ̄m naturam elementi pꝛedominātis quo mouet̄
naturalit̄ deoꝛſū ſic̄ ceꝛa grauia. Aliꝰ ē motꝰ cꝰ pn
cipiū ē aīa:⁊ ē ꝓgreſſiuꝰ. Et ē dr̄ia int̄ iſtos motꝰ.
¶ Primo q꞉ principiū p̄mi motus eſt ex parte
coꝛpoꝛis tm̄ non aīe:ſed p̄ncipiū ſecūdi motus ē
aliqua pars coꝛpoꝛis : non vt coꝛpoꝛis:ſed aīati
coꝛpoꝛis:vn̄ talis motus non cōpeteret coꝛpoꝛi
ſine anima:ſed bene primi motus. ¶ Secūdo q꞉
primus motus eſt ad determinatū vbi ⁊ vnifoꝛ/
miter:q꞉ ſequitur foꝛmā naturalē:ſed ſcđus mo
tus eſt ad diuerſa vbi ⁊ diffoꝛmiter :quia ſequit̄
appꝛehēſionem que pōt variari ſcđm diuerſa ap
petibilia:⁊ iō homo vel aīal pōt variare motum
ad diuerſa vbi ⁊ diuerſimode tarde.ſ.vel.velo/
citer. ¶ Tertio q꞉ hō vel animal pōt ſiſtere mo/
tum ꝓgreſſiuū per cognitionē que foꝛmatur ima
gini:ſed non poteſt ſiſtere motum primū qui ſci
licet eſt ſ̄m naturā elementi pꝛedn̄antis. Si.n.
homo eſſet ſurſum caderet:niſi eſſet quid reti/
nens:nec poſſet ſiſtere talem motum quin cadēt
Ex hoc ad ꝓpoſitum agilitas dicit habilitatem ī
coꝛpoꝛe ad faciliter mouendū ſe ſcđm motū lo/
calem:non quidem ſ̄m motū quo animal moue
tur ſ̄m naturā elementi pꝛedn̄antis:quia ſic coꝛ/
pus moꝛtuum eſſet agilius q̄ꝫ viuum:tamen nul/
lus dicit coꝛpus moꝛtuum agile. Iteꝫ agilitas vi
detur eſſe conditio mouentis ſeipm̄:ſola autem
animata mouent ſe ⁊ ſ̄m motum ꝓgreſſiuum:ꝓ
pter quod agilitas eſt facultas in coꝛpoꝛe ad fa/
ciliter ⁊ ꝓmpte ſe mouendum motu ꝓgreſſiuo:
Hanc autem agilitatem rōnalem eſt ponere in
coꝛpoꝛibus gloꝛificatis:quia vt dictum eſt in be
atis coꝛpus erit plene ſubiectum ſpiritui:ſpiritus
autem ſeu anima compatur ad coꝛpus:non ſoluꝫ
vt foꝛma:ſed etiam vt motoꝛ:⁊ ideo debet eſſe
ſubiectum non ſolum foꝛmali perfectioni:ſed vt
motoꝛi:ꝓpter quod ſicut coꝛpus per impaſſibili
tatem plene ſubijcitur anime:vt foꝛme vel perfe
ctioni:ſic per agilitatem plene ſubijcitur ei vt mo
toꝛi adeo vt pꝛompte ⁊ faciliter ſine fatigatione
celerrime moueatur ſecundum imperium volū/
tatis per quid autem ſit iſta agilitas non eſt om/
nino clarum:videtur ꝙ ſit per ablationem graui
tatis a coꝛpoꝛibus beatoꝛum:quod patet per au
ctoꝛitatem auguſti.zz.li.de ciuita.dei dicentis ꝙ
omnipotens deus auferet a beatis pondus graui
tatis. Et quāuis hoc quod dictum eſt ſit pꝛoba/
bile:poteſt tamen ſuſtineri ꝙ hec obedientia ſit
non per amotionem grauitatis :ſed ꝑ per additi/
onem qualitatis que impediat reſiſtentiam gra/
uitatis reſpectu alioꝛum motuum ad deoꝛſum.
⁊ habilitet ad motum deoꝛſuꝫ plus q̄ꝫ grauitas.
velocius enim mouetur coꝛpus gloꝛioſum impe
rioſe a celo ad terram q̄ꝫ coꝛpus graue ceteris pa
ribus:⁊ huiuſmodi non eſſet pꝛopter inclinatio/
nem grauitatis :ergo pꝛopter aliquid aliud. Si
dicatur ꝙ hoc eſt pꝛopter diuinam virtutem aſſi
ſtentem pꝛohibentem ne medium reſiſtat coꝛ/
poꝛi gloꝛioſo tantum quantum faceret coꝛpoꝛi
non gloꝛioſo non ſufficit.quia gratia perficit na
turam ſcđm modum eius. Cum ergo ſit natum
reddi bene mobile ab anima per aliquod intrin
ſecum:puta ſpiritum ⁊ bonas diſpoſitiones ī ner
uis ⁊ muſculis:ergo pꝛobabile eſt ꝙ per intrinſe
cum poſitiuum faciat ſic mobile ⁊ agile. Erunt
enim homines pares angelis habentes per gra/
tiam impaſſibilitatis quod illi habent per natu/
ram ⁊ ſimiliter per agilitatem ⁊ ſubtilitatem: ſi/
cut ergo coꝛpuſ eſt ſubiectum angelo ad motum
localem:non per ſolam virtutem diuinam pꝛo/
hibentem reſiſtentiam vel amouentem qualita/
tem inclinantem ad contrarium:ſed per intrane
am naturam:ſicut ⁊ graue obedit nature ſuperi/
oꝛi ad ſupplendum vacuum manente ſua graui
tate:quia per intrinſecam naturam eſt ſibi hoc ī
ditum :ſic per gratiam intrinſecam erit coꝛpus
humanum obediens ſpiritui ad motum ſine a/
motione grauitatis . Ad auctoꝛitatem auguſti.
ſupꝛa poſitam in contrarium. Rꝰ. ꝙ deus aufe/
ret pondus a coꝛpoꝛibus beatis:nō quo ad eēn/
tiā:ſed quo ad impedimētū:ſicut dicit̄ ꝙ caro et
ſanguis regnū dei nō poſſidebūt:quo ad culpaꝫ:
ſed quo ad naturam. Tenendū eſt autem ſ̄m pe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vbi ſupra φ corpora gloꝛificata qñqꝫ mouebun
tur: quod etiam de ipſo chꝛiſto credibile eſt.
Unde beatus tho. dicit φ quãdo chꝛiſtꝰ apparuit
beato Paulo in via ad damaſcuꝫ ꝓſtrato ad ter
ram dicens: Ego ſum xps: deſcendit xps de ce/
lo coꝛpoꝛaliter ſm pñtiam ſuã coꝛpoꝛalẽ: vnde ꝛ
tanqꝫ teſtimoniũ de viſu reddens ait. Nouiſſime
tãqꝫ aboꝛtiuo apparuit mihi. i. coꝛ. 15. Ratio hu
ius φ coꝛpoꝛa beatoꝝ moueãtur localiter eſt: qꝛ
virtus ꝓcedens in actũ exercitum de potentia ꝑ
fectioꝛ apparet qꝫ ſi non exiret in actũ: actus eniꝫ
manifeſtat virtutẽ. Cũ igitur in beatis ſit virtus
motiua perfecta ex pte anime: ꝛ ſumma habilitaſ
ex parte coꝛpoꝛis: rationale eſt φ qñqꝫ demõſtre
tur ꝑ effectũ: ꝛ ita ꝓbabile eſt φ ſancti aliquãdo
moueant motu proceſſiuo qui ſolum apparet in
nobis cauſatus ab aĩa per appꝛehẽſionẽ appeti/
tus ꝛ exercitus per determinataꝝ motionẽ parti
um coꝛpoꝛis que oꝛganice huic motui deſeruiũt
vtꝝ aũt cõpetat eis alius motus q̃ mouet coꝛpꝰ
ab aĩa: non oꝛganice. i. non pars poſt partẽ: ſicut
nunc fit: ſed totum ſimul ꝛ ex quo: ſicut graue de
ſcendit deoꝛſum: ꝛ leue aſcẽdit ſurſum: videtur
quibuſdam φ ſic: ꝛ videt opinio vera. ſ. φ qꝫuis
coꝛpus gloꝛificatũ poſſit moueri oꝛganice ꝛ ꝓ/
greſſiue: ſicut mõ: nihilominꝰ tñ ꝛ totũ ſimul po/
terit moueri: vt leue ſurſũ: ꝛ graue deoꝛſũ: ſicut ꝛ
angelus mouet coꝛpus aſſũptũ ꝛ nõ aſſũptũ: qꝫ/
uis non ſit vſquequaqꝫ ſimile: qꝛ celũ nõ poſſet
moueri niſi circulariter. Cũ eñ dicit ſcriptura de
xpo φ ferebat in celũ non videt φ pedetentim
quaſi ꝑ gradꝰ ſcale aſcẽderet: nõ φ in aere veſti/
gia figere nõ poſſet: qꝛ moꝛtalis ſup aquas ibat:
ſed ideo qꝛ non videt φ nõ vnã tibiã poſt aliaꝫ
moueret: ſicut fit currẽdo poſſet gloꝛioſũ coꝛpuſ
ita cito moueri ſicut dicit eẽ mobile. Non. n. ſic
cõpꝛimẽdo paſſus ſuos poſſet tẽpoꝛe ĩpceptibi/
li deſcẽdere de celo vel aſcẽdere: ſicut ẽ angelus
dei poꝛtauit abacuch ꝛ repoꝛtauit: ꝛ ſpũs dñi ra
puit philippũ: ſic beati gloꝛificati in coꝛpe mouẽ
tur qñ volũt ꝓgreſſiue ꝛ nõ ꝓgreſſiue: ꝛ quẽad
modũ ſcyntille in arũdineto diſcurrent. De tpe
motus coꝛpum gloꝛificatoꝝ dicendũ ſm pe. vbi
ſupꝛa φ motꝰ eoꝝ nõ erit in inſtanti: ſed ĩ tpe: qꝛ
oĩs motus q eſt de extremo in extremũ ꝑ medi/
um neceſſario ẽ in tpe: ſed oẽs motus coꝛpoꝝ glo
rioſoꝝ ſũt huiꝰ ẽ rẽ. Maioꝛ pꝫ: qꝛ rõ medij ẽ qđ ꝑ
us attigit a mobile qꝫ ad extremũ: vt pꝫ ex. 5. phi
ſicoꝝ: pꝛius aũt ꝛ poſteriꝰ nõ ſunt niſi ĩ tpe. Mi
noꝛ ꝓbat: qꝛ nulla vtus creata põt mutare cur/
ſum nature in motu locali: ſed curſus nature in
motu locali eſt φ ſit de extremo in extremũ per
mediũ. Uirtꝰ aũt motiua coꝛpoꝝ gloꝛificatoꝝ ẽ
virtus creata. ſ. virtꝰ aĩe: quare neceſſe eſt φ ille
motꝰ ſit in tpe. Eſt igit cõis opinio φ nõ moue/
bũtur in inſtãti ſꝫ tpe ĩpceptibili qñ volent ꝛ mo
roſe ꝓut volẽt. Et φ augꝰ. dicit φ vbi voluerit
eſſe ſpũs ibi ſtatim erit coꝛpus: ſtatim nõ dicit in
ſtãs pꝰ cito. Et qꝫuis pꝰ rõeꝫ ñ ſit tps qđ ẽ paſſio
ꝑmi mobil: qꝛ tñc ceſſabit motꝰ ꝑmi mobil: ẽ tñ
pꝰ ea tps qđ ẽ moꝛe cõtinua ꝛ ſucceſſiua motuũ
qui fient tñc.

## De dote claritatis.

Coꝛpa beatoꝝ
erunt luciſſima coloꝛibus pulcherrima ꝛ pꝛe/
uia. Quantum ad pꝛimum dicit pe. de pal. di.
44. q. 5. φ nomen claritatis qꝫtum ad ſuam pꝛi
mam impoſitionem ĩpoꝛtat ꝓpꝛietatem lumis
ſicut ꝛ ſuum oppoſitum. ſ. obſcuritas ĩpoꝛtat ꝓ/
pꝛietatem oppoſitam gratie vel priuationem lu
minis: ſed quia mediãte lumine perficitur in no
bis potiſſima cognitio ſenſitiua exterioꝛ quã ha
bemus. ſ. viſiua: per quã res nobis potiſſime ma
nifeſtantur: ꝛ eius nomen ad omnes alias cogni
tiones trãſfertur: per quã nobis aliqua veritas
manifeſtatur: ꝛ ideo nomen claritatis tranſfert
ad manifeſtationem veritatis: vnde omnem ve/
ritatem nobis manifeſtam dicimus eſſe claram
ꝛ per conſequens qđ eſt ſui bene manifeſtatiuuꝫ
dicimus eſſe clarum. Et ſecũdo poteſt dici φ cla
ritas dupliciter erit in coꝛpoꝛibus gloꝛioſis.
Primo ſecundum vltimum modum ſcilicet in/
qꝫtum clarum dicitur illud quod ſeipſum mani/
feſtat tanqꝫ habens puritatẽ nature ſue ſpeciei
ſic enim coꝛpoꝛa gloꝛioſa erunt clara: quia qua/
litates eoꝛum maxime ad viſum pertinentes vt
coloꝛ ꝛ figura erunt puriſſime nihil impuritatis
habentes admixtum: ꝛ hoc nullus negat. Sed
quantum ad pꝛimum modum poteſt dici φ cla/
ritas erit in coꝛpoꝛibus gloꝛioſis dupliciter: vno
modo ſicut eſt claritas in coꝛpoꝛibus bene terſis
ꝛ politis: ꝛ ex incidentia radioꝛum ſolis vel alte
rius coꝛpoꝛis luminoſi: que claritas ẽ valde ma/
gna ſi coꝛpus ſit bene terſum ꝛ politum: vt vitrũ
aurum ꝛ argentum ꝛ huiuſmodi. Conſtat auteꝫ
φ coꝛpoꝛa gloꝛioſa erunt multum polita ꝛ terſa
pꝛopter quod ex incidentia ſolis ꝛ alioꝛum lu/
minarium fulgebunt maxima claritate: nec iſtud
etiam habuit dubium. Secundo ergo modo
ponitur a quibuſdam claritas dicentibus: φ ſi/
cut eſt qualitas intranea ſolis vel alicuius alteri
us coꝛpoꝛis luminoſi: ſic claritas in coꝛpoꝛibus
gloꝛioſis erit intranea qualitatis coꝛpoꝛibꝰ glo/
rioſis: ꝛ iſtud eſt difficilius ad intelligendum.
Primo quia talis qualitas non videtur ponẽ
da in coꝛpoꝛibus gloꝛioſis pꝛopter hoc φ ma/
gis delectet viſum aſpicientium: quia nos expe/
rimur φ maioꝛ delectatio eſt pulchꝛitudinem
figere ꝛ coloꝛem hominis aſpiciendo qꝫ clarita/
tem ſolis: etiam ſi claritas eius non lederet.
Secundo quia difficile eſt videre quomodo
coloꝛ ꝛ lux intenſa qualis ſcõm hanc opinioneꝫ
ponitur in beatis: ponitur enim equalis luci ſoliſ
poſſit ſtare cum coloꝛe: nihilominus non eſt ne/
gandum quin deus poſſit dare talem clarita/
tem coꝛpoꝛibus gloꝛioſis. Cuius ratio eſt: quia il
la que ſcõm naturam poſſunt ſtare ſimul vtroqꝫ
vel altero exiſtente in gradu remiſſo ſue ſpeciei

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pñt ṽtute diuina ſimul eē vtroq꜒ exñte in gradu
intēſiſſimo ſue ſpēi:ſed lux ꝛ coloꝛ ſūt in eodem
ſubiecto ꝑ naturā vtroq꜒ vel altero exñte in gra
du remiſſo ſue ſpēi:ḡ vtꝛq꜒ pōt eē ſimul ṽtute di
uina ī gradu ītenſiſſimo :vñ ī nocti lucis ſtant ſi
mul coloꝛ ꝛ lux. Erūt ḡ coꝛpa glorioſa lucida nō
ſolū ꝑ refulgētiā vel alioꝝ luminariū īcidētiū ſu
per illa terſa ꝛ politiſſima ſicͭ vitꝝ:ſed ꝑ intriſecā
inherētiā lucis manētis īpreſſe ṽtute diuina:alͥs
nō lucerēt niſi pñte luminari:ↄ̄ illud apoc.xi.c.ci
uitas illa nō eget ſole nec luna ꝛc̄.ad obiectiones
de delectatōe Rꝫ. qꝛ pulchritudinē cādoris luci
delectabilis admirabit̄ oculus ſuppoſit⁹ ꝙ nō le
dat ſꝫ ↄfortet plus ꝗ̄:queſcūq꜒ colorē ſeu figuraꝫ
qꝛ delectatio cauſat̄ ex cōmixtōe ↄueniētis cū cō
uenicte. Nihil aūt ē ↄueniēti⁹ potētie ꝗ̄ ſuū ꝑma
riū obiectū. ¶ Primū aūt obiectū viſus nō ē fi-
gura:ꝗ̄ ē ſenſibile non ꝓpriū ſꝫ cōe nec coloꝛ ſed
lux:qꝛ ꝑmū in vnoquoq꜒ ē cā alioꝝ ī illo genere
videt̄ aūt coloꝛ ꝑ lucē ꝛ nō ecōuerſo: vñ nō pōt
videri coloꝛ ſine luce ſꝫ bñ ecōuerſo: ꝛ iō dulce
lumē ꝛ delectabile ē oculis videre ſolē pl⁹ ꝗ̄ ali-
um colorē. ¶ 2⁰.ſ.de colore ſciendū ꝙ nō ſolum
erūt fulgida ꝛ lucētia:ſed ēt colorata pulcherri-
mis coloꝛib⁹ ꝛ viuaciſſimis:ꝛ cū lux inerit ꝑfec-
tiſſima ꝛ vtꝛq꜒ ſimul videbit̄:qꝛ qcqd pulchri-
tudinis ē in alijs ꝛ nobilitatis excellēter dꝫ eſſe
in illis. Cōſtat aūt ꝙ lux eſt decoꝛ toti⁹ mūdi. Co
loꝛ ēt ē pulchritudo oīs mixti terminati: vñ vtꝝ
q꜒ erit ibi:nō ſolū aūt erūt lucida ꝛ colorata: ſed
etiā ꝑuia:nō ꝓpter poros tantū: qꝛ licet ibi ſint
futura foramina oris auriū ꝛ hⁱ⁹ que ꝑtinēt ad ꝑ
fectionē nature:tñ pori ꝑ q̄s ſudoꝛ exijt ꝛ hⁱ⁹ nō
erūt ibi:qꝛ ibi īꝑfectio nō erit:hoc aūt ē imꝑfecti
onis. Vñ celi ſolidiſſimi q̄ſi ere fuſi ſūt ſine poris
qd̄ ē ꝑfectōis ī eis:igit̄ illa coꝛpa glorificata erūt
tota ꝑuia ſicͭ vitꝝ. Vñ gregꝰ. dicit.18. mor. expo-
nens illud Iob. Nō adequabit̄ ei auꝝ aut vitrū
qd̄ patebit coꝛporalib⁹ oculis:ipa ēt interioꝛ ar-
monia:ꝛ apoc.penul. Ciuitas illa ꝯparat̄ vitro
mūdo:nō q̄ ad fragilitatē:ſed q̄ ad puritatē ꝛ ꝑui
etatē. ¶ Nōndū etiā ō ſecūda poſſibilitate ſimu
late luci radioſe ꝛ ꝑuietate. Nō.n.ē difficile quō
cū iſta ꝑuietate luceāt ſicut aer:ſed quō fulgeant
aut radios emittāt:hoc.n.cū ſit ꝑfectōis ī lumīa
ribus nō ē de eis negādū. Vñ ꝛ coꝛpus xp̄i voca
tur lucerna:apoc.lucerna ei⁹.ſ. ciuitatis ē agnus
.ſ.xp̄s:ꝛ ibi ſūt duo magna luminaria.ſ.coꝛp⁹ ei⁹
ꝛ matris ſue:ceteri vero erūt ſicut ſtelle:vñ nō in
digēt alijs luminarib⁹. Videm⁹ aūt ī coꝛpib⁹ lu-
cere ꝛ illuminare ſimul ſola coꝛpa opaca vt ſtel-
la q̄ ē depreſſioꝛ vel dēſioꝛ ꝑs ſui oꝛbis:nō autē
trāſparētia vt ignis in ſpera ſua ē ꝑui⁹:ſicͭ diapha
nus ꝓpt̄ qd̄ nō īpedit videre celū ꝛ ſtellas :ſed ī
materia aliena ē opac⁹:vñ īpedit vidē parietem
poſterioꝛē ī camino ꝛ in ſpera lucet:ꝛ nō illumi-
nat ī aliena materia:puta ī flāma illūiat: ſed de⁹
ſicͭ pōt facere ꝑfectū colorē ꝛ lucē in eodē ſubiec
to q̄ reſpectu nature aḡrūt diuerſas diſpōes cō-
trarias:ſic ꝛ in coꝛpib⁹ beatoꝝ ꝑuijs facit lucē in
tenſiſſimā:ꝛ ꝑ ↄ̄ñs radiatiuā:pic etiā tenēdū vi
det̄ ꝙ ſicut viſus hēbit ſuā ꝑfectionē ꝛ delectati
onē ī vidēdo pulcherrima:ita alij ſenſus. Nā et
de auditu dicit̄ in ciuitate dñi iugiter ſonāt oꝛga
na ſanctoꝝ:ibi angeli ꝛ archāgeli hymnū deo de
cātāt:qd̄ ꝛ ſi ſpūalit̄ ītelligi opoꝛteat ī angelis:qꝛ
nō hñt coꝛpa:ſed ſācti cū habebūt coꝛpa miſeri
coꝛdias dñi īeternū cātabūt:ēt voce coꝛpali nō
ex aere cāta:qꝛ ibi nō ē:ſed ꝑ aliuꝫ modū ex dei
ope cui nil ē īpoſſibile. Et de odoratu canit̄ ſan-
cti tui floꝛebūt ſicͭ liliū qd̄ ē valde fragrās : ꝛ ſicͭ
odoꝛ ballſami erūt añ te:guſt⁹ ēt ſentiet quādam
mirabilē dulcedinē abſq꜒ comeſtione cuiuſq꜒ rei
q̄ ibi ñ erit neceſſaria:ſicͭ nec moyſi fuit ī mōte ſi
nay cū āgelo ꝑ q̄dragenā loquēti. Cōtact⁹ ēt qdā
honeſtiſſim⁹ nō ↄmixtōis:qꝛ ibi nec nubēt nec nu
bēt̄ ſꝫ erūt ſicͭ angeli dei:math.xxij. Generatio.n.
ibi nō erit cū finitus ſit numerus electoꝝ a deo ꝑ
deſtinatoꝝ ob quē fiēdū ē oꝛdīata ipa ↄmixtio
nec ibi inſurget aliq̄s minim⁹ ſtimul⁹ cōcupiſcētie
ſenſualitatis oīmode ſubdita rōni:in cui⁹ etiā re-
mediū p⁹ peccatū ꝑmū ē cōceſſa copula cōiugal̄
Sed qdā caſtiſſimus ꝛ ſanctiſſim⁹ āplexus cō
mō q̄ ſācti viri ſe viſitātes mutuo āplexati ꝛ oſcu
lati ſūt inuicē:vt ioſeph fratres ſuos ꝛ virgo ma
ria filium.

### De aureolis in generali.

DE aureolis et pri-
mo in genere. Sciēdū igit̄ ſecūdū pe.ō
pal.in.4.di.49.q.8.ꝙ aureola ē quoddā gaudi
um de opibus a ſe factis q̄ habent rationē excel
lētis victoꝛie. Vñ differt ab aurea q̄ ē ꝑmiū eēn-
tiale.ſ.gaudiū de deo:ꝛ debet̄ victoꝛie ī cōi. Et
ſicͭ aurea ꝑncipalit̄ ē in aīa ſic ꝛ aureola:ſed ꝑ re
dūdātiā in coꝛpe erit quedā decētia ꝛ foꝛtitudo
ſingularis repñtatiua aureole ꝑdicatoꝛi in oꝛe:ṽ
ginib⁹ in illa parte:martyrib⁹ in cicatricibus vel
alijs ꝑtib⁹ coꝛpis ſm gen⁹ martyrij:vt ſtatim ex
aſpectu coꝛpis ſciat̄ qualis q̄ſq꜒ fuerit martyr ṽ
go vel doctoꝛ. Sūt aūt tres ſcōm aīe vires.ſ. rōa
lem iraſcibilē ꝛ cōcupiſcibilē:ꝛ tres cōtra victo-
rias excellētes.ſ.mūdi diaboli ꝛ carnis.penitet.n.
ſimpliciter aureola martyrij plus ꝗ̄ illa docto-
rum:quod patet in catalogo ſanctoꝛuꝫ. In letha
nijs eniꝫ eccleſia prefert martyres doctoꝛibus ꝛ
doctoꝛes virginibus. Vna autem aureola eiuſdē
ſpeciei prefertur alteri ſecundum excellentiam
actus: vt qui acerbius martyrium tulerit :aut q
purioꝛem virginitatem habuerit vitando occa-
ſiones:aut qui plures ſaluat predicando:aut qui
frequentius predicat. Unde Paulus qui dicit
plus omnibus alijs laboꝛaui : Et ipſe ait. De re
liquo repoſita eſt mihi coꝛona iuſticie ¶ Non
competit autem chriſto propꝛie:quia nec an-
gelis quia in eis non eſt pugna aliqua cum ſunt

immortales ⁊ icorporales: de ⱴgīe āt maria ſec⁹.

## De aureola in ſpeciali

⁊ primo martyrij. Ubi notandū ſm pe. vbi ſupra ꝙ tria requirūtur ad iſtā aureolā. ſ. pena cā ⁊ voluntas. Nam cōditio vel diſpoſitō caritatis. ſ. ꝙ oȝ habere caritatē ad aureolā ꝯſidaȝ: iſtud ē cōe oībus aureolis: nā aureola preſupponit auream. Debet̄ ḡ aureola martyrij ſolū per penā mortis. Unī pȝ ꝙ nec obediētibus debet̄ q̄uis ꝑ obediētiā mactet̄ ꝓpria volūtas: etiā ſi durat obīa vſq; ad mortē: nec pauperib⁹ q̄uis moriant̄ mundo: nec per penitētiā q̄uis penitentes crucifigāt carnē ſuā: nec beata ⱴgo q̄uis plus doluerit q̄ martyr eā hȝ: nec beat⁹ dnīc⁹ ꝗ ſitiebat martyriū: ſicͭ ſitit ceruus ad aque fluuiū: nec Io. qui calicē paſſionis voluntarie bibit: nec pueri ī camino fornacis babylonice: nec ſiluester ꝗ nō ex paſſionibus obijt q̄uis ſuſtinuerit tormēta: nec lucretia romana q̄ ſe interfecit illicite. Quedā aūt virgīes que ne coogent̄ ſe ſubmerſerūt: q2 cōſilio ſpirit⁹ ſancti credit̄ eas hoc egiſſe: de ḡbus dicit augꝰ. de ciui. dei. Et ſāpſon ſiḿ ⁊ machabei ꝗ ſuſtinuerūt mortē ne legē violarēt in eſu carnis porcine. Martyriū. n. ē circa mortē ab alio illatā. Unī nec razias ꝗ ſe occidit. Siq̄s aūt gen⁹ mortis ſibi elegerit: vt beat⁹ petrus ꝗ petijt vt verſis pedib⁹ crucifigeretur: ne ſibi pena ſeruus puniret̄ vt dñs: nō perdit aureolā. Si aūt ꝓpter ſeipm elegerit: vt tolerabiliorē mortē ſeu faciliorē habeat: ꝑdit aureolam: ſicut fecit ſeneca quē nero occidit: quē dicͭ hiero. ꝙ fuiſſet martyr: niſi genus mortis elegiſſet optōe ſibi data: vt. ſ. in balneo vtroq; brachio minueret̄: ⁊ ſic ſenſibiliter moreret̄: ꝓpter qđ vt dicit̄ in. 3. dialogoꝝ: q̄dā ſanct⁹ traditus lōgobardis vt occideretur mortis optione ſibi data nullā eligere voluit: ſed dixit illā toleraturū quā dominus ꝑmitteret: quē tñ dñs a morte eripuit miraculoſe. Nec refert vtꝝ mors ſtatim aut poſtea ſequat̄: dū tñ ꝓpter illud mors cauſet̄ vel acceleretur: vñ de mortuis in carcere vel exilio martyria celebrātur: q2 hi⁹ mortes acceleraſſe ꝑſumūtur. Si aūt martyr ſuſcitet̄ ⁊ iteꝝ martyrizet̄ certū eſt ꝙ de vtraq; morte gaudiū habebit ⁊ duplicatū vel numeraliter vel ⱴtualiter: ⁊ ſic per duas mortes videt̄. ſ. ſebaſtian⁹ duas aureolas martyrij habuiſſe. Scđo qđ req̄rit̄ ad aureolā martyrij eſt cā: q2 ei teſtis ē martyr ī cā fidei ꝓ eccleſia: ꝓ quocūq; ar. fidei vel iure eccleſie vel q̄cunq; virtute: q2 virtutibus deſponſat̄ eccleſia xpo: moriat̄ vere ē martyr. Unī ⁊ be. tho. cantuarieñ. eps qui ꝓ iurib⁹ eccleſie ſue defēdēdas occiſus ⁊ Io. bap. ꝗ ꝓpter ⱴtutē caſtitatis cōmēdādaȝ ⁊ reprehēdēdo herodē de inceſtu decapitatus eſt. Tertiū qđ req̄rit̄ ē volūtas: q2 ſiq̄s dormiēs aut fugiēs occideret̄ aut ſe defendens inuit⁹ martyr non eſt. Unī mauriti⁹ cū ſocijs ꝓiecerūt arma q̄ñ viderūt venire ſatellites ad ſe occidēdū vt martyres fierēt. De innocētibus tñ vt de martyrib⁹ ſolēnizat eccleſia. Et certū eſt ꝙ gaudiū ſpāle habēt de morte ꝓpē xpm ſuſcepta: licet non electa. Unī nō ē cōpleta in eis rō aureole. Qui aūt cruce ſignati in bello hoſtiū xpi pugnādo pereūt: martyres fiūt: q2 nō ſe ſed xpm ⁊ eccl̄iam defēdēdo moriūtur: vñ mortē nō fugiūt ſed eligunt.

## De aureola doctorum

Sciēdū ſm pe. vbi ſupra ꝙ doctorib⁹ debet̄ aureola: dañ. 12. ꝗ ad iuſticiā erudiūt ꝑlimoſ q̄ſi ſtelle ī ꝑpetuas eternitates. Sed ſi querat̄ ḡb⁹ doctorib⁹ debet̄. Dicēdū ꝙ nō ſolū ꝑlatis ⁊ mag̃ris in theologia: ſed etiā alijs: dū tñ miſſis nec illis niſi actu ꝑdicātib⁹. ¶ Tertio cui doctrine ꝯueniat iſta aureola: ⁊ dicēdū ꝙ docētib⁹ de ptinētibus ad ſalutē. Unī licet laudabile viteq; neceſſariū hominū aduocatōis officiū maxime ꝑncipalibus fuitijs oporteat remunerari. C. de aduo. di. iu. laudabile. nō tñ habebūt aureolā: ⁊ idē de medicis phyſicis ⁊ alijs: imo nec theologi dū phyſicā docēt: niſi ꝓut his vtunt̄ ad declaratōem theologie captiuātes animi ītellectū ī obſequiū fidei ſicͭ paulus vtit̄ dictis poetaꝝ ꝑdicādo. ¶ Quarto de mō: q2 ſiue ſcripto ſiue ⱴbo legēdo vel ꝑdicādo dū tñ publice meret̄ eā. Unī mulier hanc aureolā habere nō pōt cui ꝑdicare nō licȝ: nec ēt fraterne correctōi ſolū debet̄. ¶ Quinto de fine: q2 ſi ꝓpter vanā gloriā vel lucꝝ tpale ꝑdicat: recepit mercedē ſuā: quā ꝑ pñiam recupat: q2 pnīa nō viuificat mortua: dicūtur aūt mortua opa nō ſoluȝ ſine caritate facta: ſȝ etiā ſine recta intētōe ⁊ q̄cū q; nō fuerit a ꝑncipio meritoria. ¶ De aureola ⱴginitatis. Uirginitas aūt duo īportat. ſ. mētis puritatem ⁊ carnis integritatē: in ſpēali aūt ⱴgo beata ꝓpter pugnā hoſtis. ¶ Abel nō habuit aureolā: q2 ꝓpoſitū habuit nubēdi ⁊ ꝓcreādi ſi vixiſſet: alioq̄n peccaſſet: niſi inſpirat⁹ a ſpū ſācto ꝯtinuaſſet. Ieremias āt vt ait hiero. Uirginitate ſua viꝝ euāgelicū xpi eccl̄ie dedicās cōſilio ſpūs ſancti lege ꝑuata cōtinēs hȝ aureolā non animi filia Iepte q̄ ⱴginitatē ſuā defleuit: helias aūt ſic. Sȝ de oppreſſis: ſi ex poſtfacto cōſentiāt: ⁊ finaliter peniteāt: recupāt aureolā: q2 cōſēſus ſequēs non pōt eē cā act⁹ ꝑcedētꝭ: ſȝ q̄ñ illa duo ꝯcurrūt irreꝑabilr̄ amittit̄ ⱴginitas. ¶ De eunuchis ī nouo teſtamento videt̄ ꝙ habeant aureolā ſi ſūt ī ꝓpoſito nō experiendi actū venereum etiā ſi poſſent. ¶ Qui vero dolēt de ſua īpotētia: ⁊ dolēt ꝙ ñ pñt exercere actū illum: ſed vellent eſſe potentes ad experiēdū actum illū non habent aureolam. Primi etiā eunuchi qui minus habent de pugna q̄ alij minus habent de corona: habēt tñ aliqualeȝ quia eſt excellēs victoria: vnde nereus ⁊ achile⁹ eunuchi cum aureola martyrij habent etiam aureolam virginitatis: quia veriſimile eſt: ꝙ ſi potuiſſent non cōtraxiſſent: ꝗ tamen domicelle perſuaſerunt abijcere nuptias: ⁊ ſic de Iohan. ⁊ pau. Sed de eunuchis veteris teſtamenti ſecus eſt vt daniele ⁊ ſocijs: quia non videtur ꝙ haberēt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝓpoſitū ſ. abſtinendi a nuptijs:q꜡ tēpus tunc nō
erat virginitatis. ¶ De pueris baptizatis morien
tibus. Sciēdū ꝙ nō habent aureolam:⁊ ſi argu/
atur ꝙ in baptiſmo oēs virtutes infundunt̄ que
ſunt neceſſarie ad ſalutem:vnde nō virginitas q̄
nō eſt neceſſaria:q꜡ cōiugatuſ poteſt ſaluari. Uel
etiā dicēdū ꝙ aureola debetur actui nō habitui
vel priuationi. Puer autem nullū actū adhuc ha
bet:quia carnis integritas in act⁹ ꝑuatōne ꝯſiſtit.

## De fructibus caſtita/

tis in patria. Sciēdū ſm pe. vbi ſupra ꝙ fruct⁹ ꝑ
ut diſtinguitur ab aureola eſt ꝑmiū qḋ ſpālit̄ de
betur homini:ex hoc ꝙ ex ſemine verbi dei ī ſpi
ritualitatē cōſurgit extollendi carnē ſuā. Trahit̄
hoc ex verbiſ chriſti in euāgelio loquētis de ter
ra bona in quā ſemen iactū fructificat. xxx. aliud
lx. aliud. c. math. 13. vnde aurea eſt gaudiū ḋ deo.
Aureola eſt gaudiū de triūpho. Fructus vero eſt
gaudium ⁊ delectatio de ſpūali exercitio:q꜡ dele
ctatō ſpūalis debet̄ ſpecialiter illi qui abdicauit
a ſe carnalem affectū. Si querit̄ cui virtuti fruct⁹
debeat̄: Rñdeo ſm docto. ſicut aureola non de/
betur victorie cuilibet ſed excellenti ⁊ in mate/
ria excellenti:ſic ⁊ fructus ſuo mō. Qui enim im
portat delectatōem debitā ſpernenti delectatōes
ideo debet̄ illi virtuti:non que ſpernit minores
delectationes:vt guſtus: puta abſtinentie:ſed ei
que ſpernit maiores delectatōes ſcilicet venere/
as ſicut cōtinentie ⁊ caſtitatis. ¶ De diuiſione au
tē fructuū ſciēdū ꝙ cū fructus debeat̄ cōtinentie
ſm diuerſos modos cōtinēdi ſunt diuerſi fruct⁹
cōtinētie. Cōti ēti. n. cōtinētia ē neceſſaria ad ſa/
lutem q̄ minor nō ſufficit:ſicut ē caſtitas cōiuga/
lis debetur fructus. xxx. Cōtinenti vero abūdāti
cōtinentia ſm determinatū tp̄s:ſicut eſt caſtitas
vidualis que abſtinet a ſcḋis nuptijs debet̄ fruc
tus. lx. Continenti aūt ſimpliciter ⁊ naturalit̄ qḋ
ē ꝑ perfectionē virginalē debet̄ fructus cētēſim⁹
⁊ ſicut ad aureolā nō ſufficit votū ſeu ꝓpoſitum
ſine effectu ſic nec ad fructū: vn̄ ſi qs ī morte pe/
niteat cū ꝓpoſito cōtinēdi aureā quidā habet:ſ꜡
nō fructū:q vero corruptus peccato penitēs vi/
xit ſanus cū ꝓpoſito cōtinēdi:niſi matrimoniali
ter habet fructū. xxx. ſed cū ꝓpoſito continendi
ſimpliciter habet fructū. lx. nā cēteſimū habere n̄
pōt:ex quo ſemel corrupt⁹ mēte ⁊ corpore ſit̄ nec
aureolā ⁊c.

¶ Incipit titulus. xxxij.
¶ Qd chriſtus eſt caput eccleſie ⁊ omnium homi/
num ſm diuerſos gradus. c. i.

## Tu domine ſuſcep

tor meus es gloria mea ⁊ exaltans ca
put meū. ps. 3. Hec v̄ba pſalmiſte p̄nt
eē ⁊ xp̄i hoīs ad deū:⁊ eccl'ie militātꝭ
ac triūphātis ad ip̄m deū. Eſt. n. dn̄s de⁹ ſuſcep
tor eccleſie:q꜡ ſuſcepit naturā humanā:ſuſcipit̄
ipſam ad miſericordiam:ſuſcipit ad veniā. Eſt et
gloria eccleſie:quia cauſa glorie eam conferens
⁊ id in quo vere id gloriatur: et in quo in futuro
glorificatur. Eſt exaltans dominus caput eccle/
ſie qḋ ē xp̄s:ip̄m. n. ait ap̄l's ad ephe. dedit caput
eccleſie:q꜡ vt dicit̄ phi. 2. deus exaltauit illum. ſ.
xp̄m:⁊ dedit illi nomē qḋ eſt ſup omne nomē:vt
in noīe ieſu oē genu flectat̄ celeſtiū terreſtriū ⁊ in
fernorꝝ. Et quia idē ap̄l's ait caput chriſti de⁹. i.
hūanitatis xp̄i:iō ſm vtrāq꜡ naturā xp̄s pōt dici
caput eccleſie ſm vincen. in ſpeculo hiſtoriali. li.
vij. nā ſm ꝙ deus ē caput oīm beatorꝝ:q꜡ ſpūalit̄
eos viuificat ſanctificat ⁊ regit vtens eis ad libi/
tū ſuū:ſicut caput mēbris ſuis:⁊ ſm hoc tota tri/
nitas eſt vnū caput eccleſie vniuerſalis. ſ. angelo
rū ⁊ hoīm. porro ſm hūanā naturā dicit̄ metha/
phorice caput eccleſie ex hominib⁹ collecte ꝓpt̄
nature cōformitatē quā oꝫ caput ad mēbra ha/
bere ſeu corpus:ac ēt q꜡ oēs ſenſus ⁊ motus ſpi/
rituales ꝓcedūt ī eccleſia ab eo:vt in corpe natu
rali a capite ꝓfluit motus ⁊ ſēſus ī mēbra ſm qḋ
etiā dicit̄ caput angelorꝝ. Sꝫ notandū cū dicit̄ a
xp̄o hoīe vt a capite oēꝫ ſenſū ſpūalē ⁊ motū gra
tie in corpus eccleſie fluere vel ꝓcedere: hoc nō
ē intelligēdū ꝑ modū auctoritatis ⁊ cāe efficiētꝭ.
Nā ſm dionyſiū a ſola deitate ꝓcedit gratia ī ec
cleſia:ſed iſte fluxus ⁊ ꝓceſſ⁹ ꝑ modū meriti: q꜡
nobis chriſtus meruit oīa chriſmata:⁊ ꝑ moduꝫ
fidei ſimilitudinis:q꜡ ꝑ fidē qua in eū credim⁹ ei
aſſimulamur:tū etiā inq̄ꝫtū homo ꝓpter plenitu
dinem gratiarꝫ eſt expreſſiſſime ſimilis deo:⁊ p̄
mū in vnoquoq꜡ genere ē cā ⁊ regula ⁊ exēplar
oīm creaturarū:ante quidē incarnationē fuit xp̄ſ
caput oīm ſanctorꝝ ſm humanitatē:nō quidē ſim
pliciter exiſtētē:ſed creditā:vnde caput fuit abel
tēpore abel ſm humanitatē:nō que tūc eēt ī actu
ſed que erat in fide abel. Fides. n. eſt ſupra tp̄s: et
humanitas que ſignatur in fide cōiter ſe extēdit
ad oē tēpus abel itaq꜡ ꝑ fidē q̄ credidit chriſtum
fore chriſmatibus plenū ⁊ deo ſimillimū ei aſſi/
mulari voluit ⁊ aſſimulatus ē:ideo ꝑ fidē iſtam
aliqd in eū de ſimilitudine eius fluxit:⁊ ſic ḋ ali/
is ſanctis veteris teſtamēti:hec vincē. vbi ſupra.

## Iſtud ergo caput ec/

cleſie deus mirabiliter exaltauit vt non ſolū fue
rit:⁊ ſit in eo omnis plenitudo ſapientie gratie ⁊
glorie inq̄ꝫtum homo:ſed omnis ſtatus eccleſie
triumphantis ⁊ militantis aliquo modo reperiat̄
in eo:fuit enim ſimul ⁊ viator ⁊ comprehenſor.
Unde merito inquit ambro. omnis anima acce/
dat ad xp̄m:quia omnia nobis fact⁹ ē xp̄s:ſi celū
deſideras:via ē:ſi tenebras horores lux ē: ſi īfir
mitate grauaris medic⁹ eſt:ſi febribus eſtuas fōs
eſt:ſi mortem times vita eſt:ſi quietem pax eſt.
Sed reſumendo omnes ſtatus ſupra deſcriptos
eccleſie militantis inueniemus in eo ⁊ poſtea eti/
am eos qui ſunt in eccleſia triumphanti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf